This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

HARVARD
UNIVERSITY
LIBRARY

Gd 22.75

Harvard College Library

FROM THE

SALISBURY FUND

Given in 1858 by STEPHEN SALISBURY, of Worcester, Mass. (Class of 1817), for "the purchase of books in the Greek and Latin languages, and books in other languages illustrating Greek and Latin books."

DE PRAEPOSITIONIS ΠΑΡΑ SIGNIFICATIONE ATQUE USU APUD CASSIUM DIONEM.

De praepositionis ΠΑΡΑ significatione atque usu apud Cassium Dionem.

SPECIMEN LITTERARIUM INAUGURALE

QUOD

ANNUENTE SUMMO NUMINE EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

J. ROTGANS,

MED. DOCT., IN FACULTATE MED. PROF. ORD.,

NOBILISSIMAE FACULTATIS PHILOSOPHIAE THEORETICAE ET LITTERARUM HUMANIORUM DECRETO

PRO GRADU DOCTORATUS

SUMMISQUE IN LITTERARUM CLASSICARUM DISCIPLINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN UNIVERSITATE AMSTELODAMENSI

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS PUBLICO EXAMINI SUBMITTET

WOPKE NAWIJN,

BOLSVARDIENSIS.

DIE XIV M. FEBRUARII A. MCMVII, HORA III

CAMPIS,
APUD J. H. KOK.
1907.

D. 951

Gd 22.75

HARVARD COLLEGE
APR 28 1909
LIBRARY.

Salisbury fund

PARENTIBUS CARISSIMIS

Uxori Amatissimae.

Libello meo ad finem peracto Viris Clarissimis quorum doctrina atque institutione ut fruerer mihi contigit, VAN DEN ES, BELLAAR SPRUYT †, VALETON, KARSTEN, SIX, praecipueque CONRADO KUIPER, aestimatissimo promotori meo, item viro clarissimo DE BOER qui quamvis ei essem ignotus benevolentiam nuper mihi praestitit, ex animo gratias ago.

Tandem Viris Clarissimis quorum in Universitate Libera Reformata scholis interesse mihi licuit, J. WOLTJER et GEESINK, pro humanitate erga me praestita gratum testificor animum.



PRAEFATIO.

Antequam propositum nostrum aggredimur, praemonenda quaedam videntur de compositione opusculi deque via ac ratione quam in libello componendo iniimus.

Primum ex Cassii Dionis Historiis Romanis — editis a viro clarissimo U. Ph. Boissevain Berolini apud Weidm. 1895—1901 — omnes locos quibus praepositio παρὰ occurrebat, exscripsimus; exempla autem ad unum omnia, nisi quae invitis nobis atque insciis omissa sunt, attulimus et ita ordinavimus, ut propter varias praepositionis παρὰ significationes commodum atque utile videbatur. Exempli instar nobis fuit hac in re disputatio viri docti F. H. Rau „De praepositionis παρὰ usu" quam legimus in libro cui nomen est „Studien zur Griechischen und Lateinischen Grammatik, herausgegeben von Georg Curtius" (Bd. III. Leipzig. Hirzel. 1870), cui disputationi — doctae et accuratae, ut mihi videtur — quoniam multum debeo, accurate indicari oportet qua in re virum doctum Rau sequi noluerim. Is enim, quod multi fecerunt viri docti qui in hisce studiis versati sunt, primo capite agit de praepositione παρὰ cum genitivo coniuncta, secundo autem capite praepositio παρὰ cum dativo occurrit, tertio denique capite sermo est de praepositione παρὰ cum accusativo coniuncta. Postremo addit „Partem Posteriorem", ubi agit de usu praepositionis παρὰ in vocabulis compositis. Nos autem, de usu ipsius praepositionis παρὰ cum nominis casu coniunctae tantum modo disputaturi extremam

eam partem omisimus, in ceteris autem ordine mutato praepositionem παρὰ cum dativo coniunctam primo loco adhibuimus, quoniam dativus casus quietem indicat, genitivo vero et accusativo motus significatur, aut a cuiusdam latere aut ad quandam personam remve.

Omnibus exemplis exscriptis atque in ordinem redactis, adiimus scriptores ceteros, imprimis Thucydidem et Herodotum, quos Cassium Dionem semel iterumque imitatum esse constat, qua in re nobis viam ostenderunt viri docti A. R. Alvin et R. Helbing, quorum alter composuit librum „de usu praepositionis παρὰ apud Thucydidem" (Upsaliae. 1873), alter ante tres annos scripsit librum copiosissimum „Die Präpositionen bei Herodot und andern Historikern" (Würzburg. 1904). Praepositionis παρὰ usum Polybianum Xenophonteumque accurata opera illustratum invenimus in operibus virorum doctorem Fr. Krebs „Die Präpositionen bei Polybius" (Würzburg. 1882) et F. Westphal „Die Präpositionen bei Xenophon" (Jahresbericht des Königl. Gymn. in Freienwalde a. Oder 1891). Ceterum „Indices" nonnihil auxilii nobis attulerunt in exquirendis exemplis; laudo „Indicem Isocrateum" quem composuit Sigmundus Preuss (1904), „Indicem Demosthenicum" ab eodem compositum (1892), „Indicem Thucydideum" quem edidit M. H. N. von Essen (1897). Vix opus est dicere nos adhibuisse „Ausführliche Grammatik der Griechischen Sprache von Dr. Raphael Kühner", cuius alteram partem edidit Dr. Bernh. Gerth, Passowii lexicon et Henrici Stephani Thesaurum.

Postremo „Lexicon Graeco-Latinum in libros Novi Testamenti (auctore C. L. W. Grimm, Lipsiae 1903) consuluimus ut perspiceremus quomodo in Novo Testamento praepositio παρὰ adhibita esset.

Exempla quae ex Thucydide Herodoto Polybio attulimus, plerumque deberi sive Alvino Helbingio Krebsio sive Kühnero, saepenumero ex Stephani quoque lexico hausta esse, non singulis locis monui, sed hic gratus agnosco.

Locos Dioneos tribus numeris notavimus (libri, capitis, paragraphi numero addito secundum editionem Boissevainianam); ubi duo tantum numeri additi sunt, cogitandum est de locis, ex frag-

m e n t i s desumptis (hisce quoque in numeris Boissevainianam editionem secuti sumus).

In opere perficiendo dilucide nobis apparuit, „Indicem Dioneum" quem Fr. Guil. Sturzius editioni suae addidit octavum volumen (Lipsiae 1825), quamvis copiosissimus sit optimeque confectus, neque omnia praebere exempla neque omnes quae occurrunt significationes praepositionis exhibere; ex quo factum esse ut Helbing (l.l. pag. 130) scripserit „Dio Cassius scheint sich ablehnend verhalten zu haben, wenn man aus dem Schweigen von S t u r z im Index einen sichern Schluss ziehen darf". (Apparuit enim nobis inquirentibus, apud Cassium Dionem aliquoties praepositionem *παρὰ* cum accusativo coniunctam additam esse verbis eundi, id quod Sturzius omnino non commemoravit in Indice Graeco). Plura etiam enumerare possumus ut indicemus quam non p e r f e c t u s sit Sturzii Index, sed in praesentia haec satis habemus. Postremo animadvertendum est, nos ipsum contextum quem praebet editio Boissevainiana, prorsus inquisivisse, semper etiam addidisse locos ex Suida, Ioanne Antiocheno, Petro Patricio desumptos, qui quidem iuxta Dioneum contextum adpositi sunt in ea editione, omisisse tamen eos locos, qui in calce paginae inveniantur quales sunt fr. 5, 8; 5, 9; 6, 1; 6, 7 e. a.

CAPUT PRIMUM.

De praepositione παρὰ cum dativo coniuncta.

§ 1. Diu observatum est scriptores Graecos, qui pedestri utantur oratione, ita fere praepositionem παρὰ cum dativo adhibere ut personarum animaliumve nomina ei adiungant, admodum autem raro rem inanimam. Valet hoc idem in Cassio Dione, ita vero valet ut saepius quidem personas cum praepositione παρὰ coniungat, nonnunquam tamen templorum quoque nomina, tum urbium, fluviorum similiumve locorum.

Antequam autem locos Dioneos laudamus, pauca disserenda sunt de ipsa re quam tetigimus. Saepissime apud Homerum praepositio παρὰ cum dativo rei inanimae coniuncta occurrit, e. g. παρὰ νηυσί, παρὰ νηΐ, παρὰ δαιτὶ e. a., qua ex re sequitur ut locutio per se nihil habeat quod alienum sit ab indole Graeci sermonis. Herodotus eum usum continuasse videtur, qui minus saepe quidem quam Homerus, nonnullis locis praepositionem παρὰ ita adhibuit, sive quia imitatur epicum sermonem sive quod Ionicae dialecti proprium est. Hi sunt quos dico loci apud Herodotum (Helbing l.l. pag. 127):

IV. 15: παρ' αὐτῷ τῷ ἀγάλματι.

IV. 53: ῥέει καθαρὸς παρὰ θολεροῖσι (sc. ποταμοῖσι). IV. 90:

ἐξ Ἡραίου πόλιος τῆς παρὰ Περίνθῳ. ibid.: θάλασσαν τὴν παρ' Αἴνῳ πόλι. VI. 69: ἐκ τοῦ ἡρωίου τοῦ παρὰ τῇσι θύρῃσι. II. 130: θυμιήματα παρ' αὐτῇ (sc. τῇ ξυλίνῃ βοΐ) καταγίζουσι.

Apud Atticos scriptores raro quoque invenitur hic usus, frequentius tamen quam apud ceteros apud Thucydidem, ex quo haec exempla laudantur a viro docto F. H. Rau in „Disputatione de usu praepositionis παρά" (Curt. Stud. 1870) pag. 36:

II. 43, 2: ἡ δόξα αὐτῶν παρὰ τῷ ἐντυχόντι ἀεὶ καὶ λόγου καὶ ἔργου καιρῷ ἀείμνηστος καταλείπεται. II. 89, 9: εὔτακτοι παρὰ ταῖς ναυσὶ μένοντες. VII. 80, 5: ἐπειδὴ γένοιντο παρὰ τῷ ποταμῷ. I. 28, 2: δίκας ἤθελον δοῦναι παρὰ πόλεσιν, αἷς ἂν .... ξυμβῶσιν. Quibus addi possunt: V. 26, 5: γενομένῳ παρ' ἀμφοτέροις τοῖς πράγμασι et VIII. 95, 4: παρὰ ταῖς ναυσὶ τοὺς στρατιώτας εἶναι. — In tertio exemplo laudato VII. 80, 5 codicum lectio παρὰ a multis editoribus in ἐπὶ mutata est (quam praepositionem praebet codex Vaticanus) qua mutatione non opus esse videtur, quia saepius apud auctores locutio παρὰ τῷ ποταμῷ occurrit; quartum exemplum I. 28, 2 personarum (πολιτῶν) perspicuam dat notionem; de ceteris exemplis nihil est quod addamus. Deinde invenimus apud Demosthenem e. g. in Or. 23, 71: τοὺς παρὰ τούτῳ νόμους παραβαίνειν, ubi vocabula παρὰ τούτῳ pertinere videntur ad τὸ ἐπὶ Παλλαδίῳ δικαστήριον, ita ut personarum notio inesse appareat (sc. τοῖς δικασταῖς); apud Platonem haec habemus: Phileb. 42 A: τοῦ παρ' αὐταῖς (sc. λύπαις τε καὶ ἡδοναῖς) παθήματος. Protag. 337 B: παρὰ ταῖς ψυχαῖς; Io 535: παρὰ τοῖς πράγμασι. Xenophon quoque adhibet: Anab. 6, 2, 2: παρὰ τῇ .... Χερρονήσῳ. 7, 2, 24: τὰ παρὰ θαλάττῃ χωρία. Oecon. 20, 18: παρὰ κρήναις ἀναπαυόμενος. Polybius hunc usum praebere non videtur nisi 2, 5, 5: τὸν παρὰ τῇ πόλει ποταμόν. Alii scriptores qui usi sunt dialecto quae dicitur κοινὴ praepositionem παρὰ cum dativo rei inanimae coniunctam hic illic adhibuerunt; e. g. Dionysius Halicarnas. 4, 64, 5: παρὰ ταῖς θύραις (idem 5. 7, 3). 9, 24, 4: παρὰ

ταῖς .... πύλαις. 10, 16: *παρὰ τοῖς ἀποτόμοις τῆς πέτρας.* Iosephus (Antt. 1, 196): *ἐκαθέζετο παρὰ τῇ θύρᾳ*; cf. 8, 319. Plutarchus Cim. 7: *παρὰ τῷ Στρυμόνι κειμένῃ ποταμῷ.* 18: *παρὰ ταῖς ναυσίν.* Lucull. 2: *παρὰ ταῖς ἐπάλξεσι τῶν πολεμίων.* 16: *παρὰ ταῖς θύραις.* Lys. 1: *παρὰ ταῖς θύραις.* Dem. 30: *τοὺς παρὰ ταῖς θύραις Θρᾷκας.* Pausanias (1, 21, 4): *παρὰ τῇ κρήνῃ.* Arrianus (Ind. 14, 7): *αἱ π. τοῖσι κροτάφοισιν ἀναπνοαί.* Appianus (Mithr. 33: *π. τοῖς τείχεσι*; 121: *Ἰβήρων τῶν π. στήλαις Ἡρακλείοις*). In Novo Testamento semel modo occurrere videtur nempe in Evang. Ioann. 19, 25: *εἱστήκεισαν παρὰ τῷ σταυρῷ.* Philostratus quoque adhibuit eum usum (vita Ap. 28, 13: *π. ταῖς ὄχθαις*).

Iosephus etiam in rebus inanimis quae abstractae dicuntur huius usus exempla praebet: (4, 250: *παρὰ τῇ διαθέσει*; 5, 95: *παρὰ τῇ διανοίᾳ*).

Ut autem perspici possit quam frequenter Cassius Dio usum de quo sermo est adhibuerit, dabimus locos quos invenimus:

a). Nomina templorum, iuxta quae quid est vel fit:
Ὁμονοίᾳ παρ' ᾗ .... βουλευόμεθα 46, 28, 3;
παρὰ τῷ Ἐνυείῳ 71, 33, 3;
παρ' αὐτῷ τῷ Τυχαίῳ 43, 21, 1.

b). Nomina urbium similiumve locorum:
Μουτίνῃ π. ᾗ .... ἐμαχέσαντο 46, 33, 4;
τὰ Γαυγάμηλα π. οἷς .... ἐνίκησε 68, 26, 4[1];
π. τῇ Θήρᾳ τῇ νήσῳ 60, 29, 7[1];
π. τῷ Παγγαίῳ καὶ π. τῷ Συμβόλῳ 47, 35, 3;
π. τῷ ὄρει 42, 5, 6;
τὸ τεῖχος π. ᾧ ἐδυστύχησεν 37, 48, 1.

c). Nomina fluviorum omnis generis:
π. αὐτῷ τῷ Ῥήνῳ 54, 33, 4;
π. τῷ Τιβέριδι 47, 40, 2; 48, 43, 4;
π. τῇ Λεμμάνῳ λίμνῃ 39, 5, 2;
π. τῷ ὠκεανῷ 75, 13, 3; 77, 14, 3;

Libello meo ad finem peracto Viris Clarissimis quorum doctrina atque institutione ut fruerer mihi contigit, Van den Es, Bellaar Spruyt †, Valeton, Karsten, Six, praecipueque Conrado Kuiper, aestimatissimo promotori meo, item viro clarissimo De Boer qui quamvis ei essem ignotus benevolentiam nuper mihi praestitit, ex animo gratias ago.

Tandem Viris Clarissimis quorum in Universitate Libera Reformata scholis interesse mihi licuit, J. Woltjer et Geesink, pro humanitate erga me praestita gratum testificor animum.

DE PRAEPOSITIONIS ΠΑΡΑ SIGNIFICATIONE ATQUE USU APUD CASSIUM DIONEM.

verbis ironice explicationem adhibuisse videtur vocabulorum quae praecedunt, scilicet *παρ' ἑαυτῷ*; eum tantopere vim praepositionis atque significationem consulto ampliare in animo habuisse, verisimile non est.

§ 3. Translata quae dicitur significatio praepositionis pedetemptim accrescere videtur, cum animum advertimus ad sequentia exempla, quae deinceps laudabimus:

De moribus, institutis aliisque rebus quae apud populum quendam inveniuntur, *παρὰ* cum dativo hisce occurrit locis:

π. τοῖς Ἕλλησιν 55, 12, 5; (Zon.);

" " *Λατίνοις* 56, 29, 4;

" " *Τυρσηνοῖς* 56, 29, 4;

" " *Ῥωμαίοις* 62, 3, 4;

" " *ἄλλοις ἀνθρώποις* 62, 3, 4;

Hic interponendi videntur loci:

37, 17, 1: *ἔστι π. τοῖς Ῥωμαίοις τὸ γένος τοῦτο.*

40, 14, 1: *τὸ γένος σφῶν ἦν μέν που καὶ π. τοῖς πάλαι βαρβάροις.*

71, 9, 4 (Xiph.): *παρὰ σφίσι τάγμα ὅλον τυγχάνει ὂν τούτου τοῦ γένους.*

Tribus hisce exemplis non agitur quidem de moribus institutisque quae apud populum quendam inveniuntur, sed sermo est de tribubus (Iudaeis, Parthis, Christianis) quae apud, i. e. inter alios habitare populos narrantur.

τὰ ἆθλα τὰ π. ἑκάστοις τιθέμενα 52, 30, 5;

τέλη καταστῆσαι π. πᾶσιν ὧν ἄρχομεν 52, 28, 6;

ἐσφοραὶ π. αὐτοῖς ἐγίγνοντο 54, 21, 5;

ἡ ἱπποδρομία ἡ π. ἡμῖν ποιουμένη 52, 30, 4;

ἔστι καὶ π. ἡμῖν ἔτι τῆς ἀρχαίας ἀρετῆς λείψανον 71, 26, 3;

παντὸς εἴδους μάχης, ὅσα γε καὶ π. ἡμῖν νομίζεται, χειροτέχναι ἐστέ 50, 16, 1;

π. οἷς γὰρ ἂν τὸ θρασυνόμενον πλεονεκτῇ, π. τούτοις ἀνάγκη τὸ ἐπιεικὲς ἐλαττοῦσθαι 41, 29, 2;

οὗτοί εἰσι π. αὐτοῖς οἱ τιμιώτεροι 68, 9, 1 (Petr. Patr.) bis;

Iam apud antiquiores historicos hic usus saepissime occurrit; Herod. e. g. saepius adhibuit (I. 10; II. 145; V. 88; V. 92 *a*; IX. 107). Diodorus Siculus quoque saepissime usurpavit iis libris, quibus de populorum institutis est sermo.

Ex significationibus posterioribus facile transibimus ad usum praepositionis *παρὰ* cum dativo in verbis l o q u e n d i, ubi personae indicantur, apud quas quis verba facit.

46, 41, 5: *κατηγορίας π. αὐτοῖς .... κατὰ τοῦ δήμου πολλὰς ἐποιεῖτο.*

77, 5, 4: *τὴν ἀρρωστίαν αὐτοῦ ἀσεβῆ π. τοῖς στρατιώταις ὠνόμασεν.*

56, 35, 3: *π. ὑμῖν .... τοὺς λόγους ποιήσομαι.*

Subiungendum videtur exemplum a Zonara desumptum: *πολλοὶ ἔπαινοι καὶ π. τῷ δήμῳ καὶ π. τῇ βουλῇ ἐγίγνοντο* (de Seiano) 57, 21, 3, ubi de laudatoria oratione sermonem esse apparet.

Transeamus ad ea verba quae f o r e n s i a dici possunt, ubi praepositio *παρὰ* i u d i c i u m indicat, ita ut verti possit sive coram aliquo sive arbitrio vel iudicio alicuius:

64, 2, 3: *τὴν δίκην λέγειν π. τινι*

52, 7, 5: *δίκην φεύγειν π. δικασταῖς.*

56, 24, 7: *ἐλαττωθῆναι π. δικασταῖς.*

56, 24, 7: *δικασθῆναι π. τινι*, cf. 42, 34, 3;

69, 3, 6: *μέλλων π. αὐτῷ .... δικάσασθαι.* 38, 13, 2: *κρίνεσθαι π. τινι*, cf. 60, 29, 4; 74, 9, 1;

71, 24, 3: *δικαιολογεῖσθαι πρός τινα π. τινι*

37, 27, 3: *ἁλῶναι π. τῷ δήμῳ*

Postremo loco addimus 76, 7, 3 ubi tria occurrunt participia: *τοὺς μὲν κατηγορηθέντας π. αὐτῷ καὶ ἀπολογησαμένους καὶ ἁλόντας.*

[Uncinis inclusum laudamus fr. 57, 86, quia lacunosum traditum est; Bekkerus, probante v. cl. Boissevain in editione, ita lacunam supplevit, collatis verbis Zonarae (9, 14, 13): *ἐς δίκην παρὰ· τοῖς οἰκείοις ἤχθη*, quae verba non idem valent quod

ὑπὸ τῶν οἰκείων; significare enim videntur: causam dixit apud suos, ita ut fere loquendi notio inesse videatur.]

Sequantur deinde ea verba quae iudicandi habent notionem, quamquam forensis usus prorsus abest; praepositio autem „arbitrio, iudicio alicuius" significat; dico nempe:

56, 2, 5: παρ' ἐκείνοις (sc. τοῖς θεοῖς) καλὸν εἶναι δέδοκται καὶ γάμος καὶ τέκνωσις.

63, 17, 2: πᾶσι π. αὐτῷ δημόσιον ἔγκλημα ἦν ἀρετή τε καὶ πλοῦτος.

77, 20, 4: εὔδοξον π. αὐτοῖς ἐνομίζετο (ubi cf. Xen. Mem. 1, 6, 13; 2, 3, 15);

Hic praepositio fere supervacanea esse videtur, quamquam non idem est παρ' ἐκείνοις quod ἐκείνοις (in primo exemplo laudato):

Praepositio enim significat, actionem quandam ita comprobari vel improbari ab aliquo, ut mos quidam vel lex vel institutum in populo conciliove laudatur aut improbatur penes quos de lege constituenda arbitrium est; inest in verbis notio legis, quae regit actiones personarum; itaque conferenda sunt ea verba, quae laudavimus, coniuncta cum praepositione παρὰ, significante populos regionesve, in quibus mores, leges, instituta valent.

In singulis exemplis operae pretium est exquirere quaenam significari videatur relatio inter eum qui agit atque eum cuius nomen cum praepositione coniungitur.

Tria quae extremo loco dedi exempla eo quo attuli ordine aptissima sunt ad demonstrandum, qualis sit praepositionis παρὰ vis in Dioneo sermone. Verba παρὰ τοῖς θεοῖς καλὸν δέδοκται ad antiquiorum usum proxime accedunt: in deorum coetu probatur.

Alterum exemplum licet haud longe quidem a forensi usu distet, nemo tamen non videt exquisite dici παρ' αὐτῷ ἔγκλημα ἦν ἀρετὴ ut indicetur ipsum Neronem non tantum modo arbitrum iudicemve sed accusatorem quoque probi cuiusque exsti-

tisse. Et arctius etiam cohaeret persona agens cum eo cuius nomen a praepositione pendet in tertio exemplo: *εὔδοξον παρ' αὐτοῖς ἐνομίζετο* non idem quidem sed fere idem est ac si dicas: *ἐνόμιζον εὔδοξον*; cum extremo exemplo conferendum est 50, 17, 1: *μέγιστον παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις εἶναι πεπίστευται* (apud omnes homines maximi momenti esse existimatur).

§ 4. Accurate inspectis exemplis, quae laudavi in fine § praecedentis, facilis fit transitus ad aliam significationem praepositionis, quae Latine quoque praepositione „apud" indicatur, nempe cum significatur persona, a p u d quam quis auctoritatem vel gratiam habet; Saepius Cassius Dio hunc praebet usum:

μέγιστος π. τῷ ὁμίλῳ ἐγένετο 85, 3;
πλεῖστος ἐφέρετο π. τοῖς ἱππεῦσι καὶ π. τῇ βουλῇ 38, 12, 4;
κακῶς ἤκουε π. τοῖς πολίταις 49, 32, 4;
πλεῖστον δύνασθαι π. τινι 36, 42, 4; 55, 7, 4;
μέγιστον „ „ „ 72, 7, 4;
μέγα „ „ „ 42, 34, 2; 58, 12, 1:
πᾶν „ „ „ 72, 4, 7;
τι „ „ „ 50, 5, 4; 61, 5, 3; 68, 15, 4;
τι καὶ ὁπωσοῦν δύνασθαι π. τινι 40, 60, 4;
οἱ π. αὐτῷ δυνηθέντες 63, 29, 1 (Zon.);
πάνθ' ὅσα .... μέγα π. ἑκοῦσί σφισιν ἴσχυσεν 53, 17, 3;
οἱ πρωτεύοντες π. αὐτοῖς φιλήσουσί σε 52, 19, 3;
ἔντιμον π. τῷ δήμῳ ποιεῖν 54, 29, 5;

Cum his verbis conferri possunt s u b s t a n t i v a quae eandem habent significationem, velut:

ἡ εὐδοξία ἡ π. τοῖς στρατιώταις 50, 27, 7;
ἡ ὑπάρχουσα αὐτῷ π. ὑμῖν δόξα 44, 38, 4;
ἡ π. τοῖς ἀνθρώποις φήμη 74, 9, 3;
ἐς τοσαύτην ἤλασε δυναστείαν π. Ἀντωνίνῳ 77, 21, 2;
δόξαν π. τοῖς πολλοῖς ἔχειν 52, 6, 4; 59, 2, 1;

§ 5. Iam sequitur copia satis magna exemplorum quibus

usus praepositionis παρὰ cum dativo p a s s i v i s verbi formis adiunctae illustretur. Quo usu delectatum esse Dionem minime mirum si quidem σεμνότερον sonat et magis rhetorice „apud homines laudari" quam „ab hominibus", sicuti nostratibus quoque minime idem videbitur si quis dicitur „geëerd te zijn bij de menschen" ac „door de menschen".

Primo loco eos laudabimus locos quibus verbi passiva forma idem valet ac substantivum verbale coniunctum cum verbo ἔχειν: Sic occurrit:

38, 23, 5: ἔστιν ἃ τῶν ἔργων ἐπαίτια παρὰ τισὶν ὄντα παρ' ἄλλοις ἐπαινεῖται, ubi ἐπαίτια ὄντα idem est quod αἰτίαν ἔχει, ἐπαινεῖται quod ἔπαινον ἔχει, ita ut minus cogitandum sit de p e r s o n i s, quae i p s a e culpent laudentve, quam de iis c o r a m q u i b u s vel q u o r u m i u d i c i o aliquid culpetur vel laudetur.

α ἰ τ ί α ν ἔ χ ε ι ν π. τ ι ν ι occurrit 36, 2, 1:

αἰτίαν ὡς οὐκ ἐθελήσας τὸν πόλεμον . . . . καταλῦσαι, π. τε τοῖς ἄλλοις καὶ π. τοῖς πολίταις ἔσχε, quo loco αἰτίαν ἔχειν quod Thucydides ac Xenophon cum praepositione ὑπὸ coniunxerant Cassius cum praepositione παρὰ coniunxit, cives illos ac ceteros tamquam iudicum concilium sibi proponens.

Arcte cohaeret 73, 4, 1: ἐπαίνων π. πᾶσιν ἀξιούμενος ubi manifesto deprehendimus significationem fere localem, translate autem usurpatam: „omnium iudicio laudibus dignandus".

Ad illustrandum primum nostrum exemplum (38, 23, 5) recte commemoratur 57, 21, 3, ubi verba ex Zonara desumpta occurrunt: πολλοὶ ἔπαινοι καὶ π. τῷ δήμῳ καὶ π. τῇ βουλῇ ἐγίγνοντο (de Seiano); hic de laudatoriis orationibus sermonem esse facile apparet, ita ut locum suum habeat exemplum in verbis „loquendi" ad indicandas personas vel contionem, apud quam verba fiunt.

Alterum exemplum verbi passivi praebet 77, 20, 4, ubi haec leguntur: εὔδοξον π. αὐτοῖς ἐνομίζετο (quae elocutio mihi congruere videtur cum 56, 2, 5, ubi καλὸν π. ἐκείνοις δέδοκται

legimus); hic quoque, sicut supra exposuimus, significatio „iudicio, arbitrio eorum" transitum praebet ad usum, de quo nunc agimus.

Aptissime conferri poterit 55, 19, 1:

πολυπραγμονεῖσθαι π. ἐλευθέροις ἀνθρώποις,

ubi *παρὰ* fere significare videtur: „i n t e r", „i n c o e t u" liberorum hominum; quae significatio quodammodo inest in 77, 20, 4.

Deinde dicendum est de hisce:

Μυσοὶ .... *π. τοῖς πάνυ ἐπιχωρίοις ὀνομάζονται* 51, 22, 7;

εἰ ἀνέλεγκτον αὐτὴν (sc. *τὴν γνώμην*) *π. τοῖς ἄλλοις πιστεύσειαν ἔσεσθαι* 52, 33, 4;

Priore loco *ὀνομάζονται* idem valet ac *ὄνομα ἔχουσιν*, altero *ἀνέλεγκτον ἔσεσθαι* significat *οὐκ ἐλεγχθήσεσθαι*, ita ut verbi passiva notio inesse videatur. Rursus non agitur neque cogitatur de personis agentibus vel efficientibus aliquid, sed simpliciter de iis personis sermo est, apud quas vel quarum iudicio aliquid fit

Sequitur 60, 16, 8: *γέλωτα ὀφλισκάνειν π. τοῖς δυναμένοις* .... (quocum conf. Platonem, qui in Hipp. maiore 282 A et Phaedone 117 A: *γέλωτα ὀφλισκάνειν π. τινι* adhibet);

Haec significatio facile deducitur a significatione de qua supra diximus, nempe „arbitrio alicuius"; hic enim *γέλωτα ὀφλισκάνειν π. τινι* significat „risum movere a p u d, id est coram iis vel arbitrio eorum, qui a d s u n t", non necesse est inesse notionem actionis irridendi, quae ab aliquo fit.

Ita fere:

38, 41, 1: *μήτε ἐξήτασται π. τῇ βουλῇ καὶ π. τῷ δήμῳ μὴ ἐψήφισται*, ubi coetus sunt iusti, c o r a m quibus quid fit.

49, 2, 2: *πάντα πρὸς τὸ μεῖζον .... π. ἀμφοτέροις ἐλογοποιεῖτο*, ubi verba *π. ἀμφοτέροις* significant: „in utriusque exercitus coetibus".

Ulterius progreditur significatio, ita ut fere transeat ad indicandam personam ipsam efficientem aliquid, hoc loco:

47, 6, 3: *π. αὐτοῖς τοῖς τε φίλοις καὶ τοῖς ἀναγκαίοις ἐσφάγησαν*,

ὑφ' ὧνπερ ἐς τὰ μάλιστα καὶ σωθήσεσθαι καὶ τιμηθήσεσθαι προσεδόκων.

ubi „in amicorum necessariorumque manibus" paulum differt a significatione: „ab amicis".

Opponuntur enim inter se verba ἐσφάγησαν atque σωθήσεσθαι καὶ τιμηθήσεσθαι; unum autem coniungitur cum praepositione παρὰ addito dativo, alterum itidem passivo genere adhibitum praepositionem ὑπὸ adsciscit; fere nihil itaque interesse videtur inter usum utriusque praepositionis nostro loco nisi quod iam diximus: παρὰ τοῖς φίλοις ἐσφάγησαν quodammodo localem habet vim „in manibus amicorum", ὑπὸ vero τῶν φίλων σωθήσεσθαι actionem tantum indicat quam amicos acturos esse sperabant.

Vertendum est igitur: (Multi) etiam in amicorum necessariorumque manibus, a quibus vel maxime servatum se atque honoratum iri sperabant, interfecti sunt.

Iam vidimus exemplum (38, 41, 1), ubi παρὰ vertendum erat „coram quibusdam vel in coetu personarum"; idem occurrit in exemplo iam antea laudato 57, 21, 3: ubi de laudibus dictum est quibus extollebatur Seianus coram populo (in contione populi) atque in senatorum consessu; proxime ad significationem „ὑπὸ" praepositio παρὰ occurrit 36, 15, 3 (ubi de m a g i s t r a t i b u s quoque dicitur): τῆς στρατείας π. τοῖς οἴκοι τέλεσιν ἀφεῖνται; hic enim significatio „in coetu magistratuum" fere evanuit, cedens significationi „ab".

Omnibus exemplis observatis atque perspectis, apparet semper praepositionem παρὰ cum dativo coniunctam etiam in verbi passivis formis ita esse usurpatam, ut differret a praepositione ὑπὸ cum genetivo coniuncta, quae vulgo passivis verbi formis additur. Nostris enim locis fere semper personae, ad quas praepositio pertinet, l o c u m tenere finguntur, iuxta quem (quamvis translate) quid fit, vel i u d i c i u m facere de actione quae commemoratur.

Paulatim minui atque extenuari hanc significationem vidi-

mus, nunquam tamen prorsus evanuisse. Iam haec oritur quaestio: unquamne vere ita usurpari a Cassio praepositionem παρὰ cum dativo verbi passivae formae adiunctam verisimile est, ut simpliciter personam indicet quae actionem verbo expressam perficit? ita, dico, ut a praepositionis ὑπὸ usu vulgato nil plane distet?

Inspiciamus locum, de quo non omnes viri docti idem senserunt, nempe 63, 18, 1:

ὀρχεῖσθαι π. αὐτῷ μαθεῖν ἠθέλησε;

Leunclavius enim hoc loco παρ' αὐτοῦ legendum esse statuit; Tantum tamen abest ut vitiosa sit codicum lectio παρ' αὐτῷ ut pulcherrima atque distincta sit locutio.

παρ' αὐτῷ enim „ludum" indicat „saltatorium" itaque multo acerbius dictum est quam si παρ' αὐτοῦ dictum esset. Praeterea alia sunt exempla quae nostram comprobant locutionem. Apud Alciphronem legimus: ἐκμαθεῖν π. τινι (III. 64, 1) quocum cf. Plut. Mor. 37 A: (ἀκούειν π. τοῖς φιλοσόφοις) Polybius saepissime, ne dicam de verbis passivis quibus παρὰ cum dativo plurimis adiunxit locis, nec tantum verbis quae iudicium continent, dativum usurpavit, ubi genetivum expectemus; sic e. g. praepositionem παρὰ cum dativo coniunctam adhibuit verbis quae sunt λαμβάνειν, τυγχάνειν, περιποιεῖσθαι similibus; de quo vid. Krebs l.l. pag. 53 sq.

Iam restant duo loci, quibus difficilior res est, nempe in fragmentis (40, 7 et 66, 2):

40, 7: φρουρὰν ᾐτήσαντο παρὰ Ῥωμαίοις.

66, 2: σπονδῶν ἐδεήθη „ „

Hisce locis exspectatur sane genetivus (cf. αἰτεῖσθαί τι π. τινος 48, 42, 5; 60, 17, 5), quamobcausam Bekkerus in editione sua genetivum substituit pro codicum lectione, quem sequitur in altero loco emendando Gros. Ad fr. 40, 7 v. cl. Boissevain in calce paginae adnotat: „Ῥωμαίων Bekk., epitomatorem fortasse corrigens".

Necesse esse autem non videtur mutari dativum. Collatis enim exemplis, ubi de coetibus iustis sive senatorum sive populi agitur, coram quibus quid fit, quibus locis nemo correctionem adhibere voluit, nostris quoque duobus locis recte se habere et cum dictione Dionea convenire videtur lectio tradita: „Praesidium, foedus flagitabant apud Romanos, per „legatos qui de foedere iciendo missi ad eos venerant atque „in populi contione coram magistratibus „votorum compotes fieri conati sunt" [1]).

§ 6. Iam restat ut agamus de praepositionis *παρὰ* cum substantivis et pronominibus coniunctae usu nullo verbo addito:

Laudavimus iam in exitu § 4ae nonnulla exempla, *ἡ π. τινι εὐδοξία* (50, 27, 7); *δόξα* (44, 38, 4), *Φήμη* (74, 9, 3), quae cum verbis iis cohaerere videntur, quae auctoritatem vel gratiam indicant, quam quis habet apud aliquem. — Cetera eiusmodi exempla haec sunt: 43, 30, 2: *ἡ π. τῷ Νικομήδει διατριβὴ* (ubi localis usus maxime servatus est; „in domo Nicomedis commoratio");

57, 73: *ἡ π. αὐτῷ ξένισις* (hospitium in domo eius);

Paulo ulterius progressa est significatio praepositionis hisce locis: *τῆς π. ἡμῖν ναυτιλίας* 39, 41, 1; (navigationis genus indicatur, quod in nostra regione in usu est); sic: *ἡ μεγίστη π. αὐτοῖς ἀρχὴ* 69, 16, 1; (summus magistratus, qui eorum in regione exsistit, vel is magistratus qui „eorum arbitrio" summus est).

τὰ ἀγαθὰ τὰ π. ἐκείνοις 45, 36, 3 opponuntur *τοῖς ἡμετέροις*,

---

1) Ad alterum fragmentum (66, 2) v. cl. Boissevain in calce paginae haec adnotat: »Ceterum etiam *π.* 'Ρωμαίων eclogarii esset, nam *δέομαί τινος παρά τινος*, posterioribus usitatum, Dioneum non est." Addendum esse videtur: »sensu petendi", nam »egendi" sensu occurrit *δέομαί τινος π. τινος*: 99, 2 *a*; 38, 21, 3; 52, 27, 4; 55, 4, 2.

ita ut fere idem esse videantur τὰ π. ἐκείνοις ἀγαθὰ ac τὰ ἐκείνων ἀγαθὰ, nec tamen prorsus idem valet, nam τὰ π. ἐκείνοις ἀγαθὰ non eorum bona indicant, sed res bonas quae eorum in urbe vel apud eos sunt.

12, 5 *a*: τοῦ βίου τοῦ π. ὑμῖν. Hic quoque ad institutum respici videtur, quod in populo quodam valet.

52, 30, 2: ὁ π. ἡμῖν δῆμος plebem significat, quae n o s t r a i n u r b e versatur.

54, 34, 5: ὁ π. αὐτοῖς Διόνυσος Bacchi numen indicat, quod e o r u m i n r e g i o n e colitur.

Haec omnia fere pertinent ad eandem significationem; nempe mores, instituta, leges, similia indicantur quae in regione quadam vel in populo quodam inveniuntur.

Restant verba Suidae (71, 2, 3): ἡ π. τραπέζαις δεξίωσις, ubi de salutatione, quae inter cenam fit, sermo esse videtur. Quoniam autem Dionea esse non videtur locutio, silentio praetereunda est, quippe quae p o s t e r i o r u m usum prae se ferat.

Cum p r o n o m i n i b u s coniunctam nullo verbo addito praepositionem παρὰ cum dativo invenimus his locis:

τοὺς π. ἑκάστοις < πρώτους > μεταπέμπων ἐκόλαζε 40, 11, 1;
τῶν ἰδιωτῶν τῶν π. ἑκάστοις πρώτων 52, 22, 3;

Primo loco Reimarus < πρώτους > inseruit, coll. Caesaris Belli Gallici 5, 54, 1, ubi de „principibus cuiusque civitatis" sermo est; — Utroque loco significatio inest in praepositione παρὰ de qua iam supra diximus, scilicet „in terra vel regione vel in exercitu alicuius".

Quibuscum conferendi sunt loci:

72, 22, 2: τὸν οἶκον τὸν πρῶτον π. αὐτοῖς (sc. μονομάχοις) εἶχε, ubi Commodus primam domum apud gladiatores habuisse dicitur; hic fere significat: „in gladiatorum coetu".

78, 2, 3; τῶν πρώτων τῶν π. αὐτῷ. Eo loco m e r e p r o n o m e n additur: οἱ πρῶτοι οἱ π. τινι optimates esse videntur, quos secum habet aliquis, ita ut l o c a l e m fere n o t i o n e m remansisse videatur; sic apud Xenophontem (Anab. 4,

3, 29) *τοῖς π. ἑαυτῷ παρήγγειλεν* significare videtur: iis, qui in vicinitate vel in contubernio fere erant;

Item in: 36, 8: *ἀνδρὸς ἐς τὰ πρῶτα τῶν παρ' αὐτοῖς ἀξιουμένου* ita coniungendum videtur: *ἀνδρὸς τῶν π. αὐτοῖς ἐς τὰ πρῶτα ἀξιουμένου*, ita ut significet: viri, inter illos qui apud eos officio quodam fungebantur, in primis honoribus affecti.

De locutione *οἱ παρά τινι* etiam conferendus est: Aristophanes (Vesp. 279): *πολὺ δριμύτατος ἦν τῶν παρ' ἡμῖν*, ubi „nostratium" fere significatio inest.

56, 18, 3: *τὰ π. ἐκείνοις διοικῶν*; „res eorum administrans" significant haec verba; conferenda sunt Xenophontis verba (Anab. 1, 7, 4): *τὰ παρ' ἐμοὶ ἑλέσθαι*; 4, 3, 27: *τὰ παρ' αὐτῷ ἀσφαλῶς ἔχει*. Cohaeret haec locutio cum alia, ubi vocabulum *πράγματα* additum est, velut 54, 5, 1: *τὰ π. ἑαυτοῖς πράγματα*, „Res, sicut in eorum regione inveniuntur" denotant ea verba, de quibus supra diximus, quibus praepositio *παρὰ* localem vim servavit, paulum translatam.

Restant:

56, 19, 5: *τοὺς παρὰ σφίσιν ἕκαστοι στρατιώτας ἀποκτείναντες*.

68, 29, 4: „ „ „ „ *φρουροὺς ἐξέβαλλον*.

ubi ii milites (praesidia) dicuntur quos quisque eorum s e c u m habebat, id est qui in vicinitate vel potius circum quemque eorum versabantur, ita ut l o c a l i s quoque notio insit.

CAPUT ALTERUM.

De praepositione παρὰ cum genitivo coniuncta.

§ 1. Quatenus veterum grammaticorum praeceptum: ἡ παρὰ ἐμψύχων ἐστίν, a Cassio Dione observatum sit, inquirendum est.

Grammatici veteres, velut auctor scholii codicis Veneti ad M 114: παρὰ νηῶν, ἔδει ἀπὸ νηῶν· ἡ γὰρ παρὰ ἐμψύχων ἐστίν· παρὰ νηῶν οὖν ἀντὶ τοῦ ἀπὸ νηῶν, auctores scholiorum ad Odysseam, allatorum a Lehrsio (Quaest. epic. pag. 92), Ammonius (ed. Valck. p. 20), Eustathius (1134, 37; cf. 895, 33): τὴν ἀπὸ πρόθεσιν τὴν ἀπὸ ἀψύχων δηλοῦν κίνησιν, τὴν δὲ παρὰ τὴν ἀπὸ ἐμψύχων, docuerunt παρὰ cum genitivo tantum occurrere cum substantivis personas vel animalia significantibus, quae lex recte se habet respicienti solum usum pedestris orationis Atticae. Nemo enim ignorat in Homericis carminibus passim de rebus inanimis usurpatam esse praepositionem παρὰ; ut alia omittam saepissime παρὰ νηὸς vel παρὰ νηῶν legitur cum verbo veniendi coniunctum, et quis est quin ξίφος Ϝερυσσάμενος παρὰ μηροῦ semel iterumque occurrere meminerit?

Tragici quoque poëtae interdum hunc usum admiserunt, e. g. Euripides (Bacch. 118): ἀφ' ἱστῶν παρὰ κερκίδων τ' οἰστρηθείς· (Rhes. 366): οἰχομένων Ἰλιάδος παρ' ἀκτᾶς (ib. 385): κόμπους παρὰ πορπάκων κελαδοῦντας. Sed de hisce iam satis.

Quoniam autem vidimus in usu dativi praepositioni *παρὰ* adiuncti sermonem Dioneum proxime accedere ad eam rationem quae olim poetarum epicorum tragicorumque et Herodoti praesertim propria fuerat, iam inquirendum est quantum in genitivo sibi licere Cassius putavisse videatur.

Longum est de omnibus scriptoribus dicere. Mitto itaque Platonem et oratores. Neque vero operae pretium est subsistere in eiusmodi dictionibus quales sunt *ὁ παρὰ τῆς πόλεως λόγος, ὁ παρὰ τοῦ δικαστηρίου,* (quibus addere licet Aristoph. Eqq. 802: *ἵνα σὺ μὲν ἁρπάζῃς καὶ δωροδοκῇς παρὰ τῶν πόλεων*) in quibus substantiva *πόλις* et *δικαστήριον* personas significare nemo non videt. Sed praemittenda videntur pauca quaedam de Herodoto ac Thucydide quorum utrumque exemplo fuisse Dioni inter omnes constat.

Apud Herodotum semel tantum *παρὰ* cum genitivo rei inanimae coniunctum occurrit, nempe VII. 183: *ταῦτα .... πυνθάνονται παρὰ πυρσῶν.*

Quoniam semel tantum invenitur, hoc loco personae fictio statuenda esse videtur; poetice dictum Herodotus de industria usurpavit, adductus usu verbi quod adhibuit *πυνθάνεσθαι*, hoc verbum enim natura non rem adsciscit sed personam, ex qua quis cognoscit aliquid. Semper quoque et ubique *πυνθάνεσθαι* cum p e r s o n i s coniunctum occurrit sive addita praepositione *ἐκ* vel *παρὰ* sive omissa. *πυρσῶν* itaque pro *πυρσευόντων* eo loco usurpatum esse nemo est quin intellegat; singularem usum praeterea confirmant inusitata signa, quae nocturno tempore ignibus factis dabantur. Nostro itaque loco prorsus usitate se habere videtur id quod posteriores scriptores velut Philostratus affectationis cupiditate incensi admiserunt, e. g. in vita Apollonii (4, 10): *διαθῆκαι π. ὧν ὑπάρχει μαθεῖν,* (94, 15): *π. τῆς γῆς,* in Imag. (336, 3): *π. τοῦ λειμῶνος,* in Heroïco (200, 23): *π. τοῦ αὐχένος.*

Apud Thucydidem haec habemus:

VIII. 48, 6: *καὶ ταῦτα παρ' αὐτῶν τῶν ἔργων ἐπισταμένας τὰς πόλεις .... εἰδέναι.*

Hoc loco Dobraeus ἀπ' αὐτῶν legere proposuit, quae mutatio omnino non necessaria esse videtur quia personae fictio statuenda est, vel, ut cum Classenio loquamur „παρὰ lässt die ἔργα als die strengen Lehrer erscheinen, denen man sich nicht leicht entziehn könne". Quod attinet ad adnotationem viri clarissimi v. Herwerden in editione sua „sed ita addendum fuerat διδασκάλων", eiusmodi additamento vix opus esse mihi videtur; quodsi enim inter se conferimus locos Herodoteum atque Thucydideum, statim conspicitur congruentia verborum; Herodotus enim non sine certa causa praepositionem παρὰ adhibuit memor verbi πυνθάνεσθαι quod semper cum παρὰ vel ἐκ vel simplici genitivo occurrit personis adiunctum, sic quoque Thucydides spectans verbum quod est ἐπίστασθαι quod itidem cum personis coniunctum semper invenitur ex natura atque indole sua, nostro loco praepositionem παρὰ rei inanimae cui personae notio inesse videretur adiunctam adhibere non dubitaverit.

Alter est locus Thucydideus IV. 118, 4: τὴν ὁδὸν τὴν ἀπὸ τῶν πυλῶν τῶν παρὰ τοῦ Νίσου ἐπὶ τὸ Ποσειδώνιον, ubi Classenius omnino nullam mutationem adhibere voluit „bei unsrer Unkenntnis der Lokalitäten", quae ratio explicandi mihi tamen placere non potest. Dobraeus legere proposuit: παρὰ τὸ Νῖσον, quae mutatio aliis probabilis aliis supervacanea esse videtur quamquam mea quidem sententia multum habet quod placet.

Locum corruptum esse inter omnes constat, quia Graece dici non potest πυλαὶ παρὰ τοῦ Νίσου, nam quod Alvin in disputatione academica „de usu praepos. παρὰ apud Thucydidem" (Upsaliae 1873) habet (p. 25 sq.): „Eandem fere causalem vim nescio an παρὰ praepositio his in exemplis contineat, ubi quum solus genitivus ad sententiam exprimendam sufficeret, praepositio paene supervacanea est: Τὴν παρὰ Περδίκκου διακοσίαν ἵππον I. 62, 2, 'Αλκιβιάδην .... ἄσμενον τὴν παρὰ βασιλέως ξυμμαχίαν παρέξειν VIII. 76, 6, Μὴ ὑπερβαίνοντας τὴν ὁδὸν τὴν ἀπὸ τῶν πυλῶν τῶν παρὰ τοῦ Νίσου (a portis, quae a

Nisi nomen habent) ἐπὶ τῷ Ἡρακλείῳ IV. 113, 47, vix quisquam comprobare possit; duobus enim prioribus exemplis (I. 62, 2; VIII. 74, 4) perspicue omissum est verbum veniendi vel πέμπεσθαι vel tale quid, ita ut unicus restet locus de quo agimus. Comparato tamen loco Aristophaneo Lys. 835, ubi roganti mulieri ποῦ δ' ἐστὶν ὅστις ἐστί; Lysistrata respondet: παρὰ τὸ τῆς Χλόης, facile nostro quoque loco mutatio adhibenda videtur, nempe τῶν πολλῶν τῶν παρὰ <τὸ> τοῦ Νείλου, quae correctio in promptu est atque facillime ita explicatur ut ante sequens vocabulum τοῦ a librario τὸ omissum sit. Non facio itaque cum Classenio nihil mutante „bei unsrer Unkenntnis der Lokalitäten" sed legendum esse post παρὰ τὸ τοῦ Νείλου censeo.

Semel iterumque apud Cassium occurrit locutio παρὰ τῆς πόλεως vel παρὰ τῶν πόλεων (e. g. 47, 14, 3; 57, 17, 9), ubi personae quoque fictio inest teste verbo quocum coniungitur sicut 47, 14, 3: τὴν τροφὴν παρὰ τῶν πόλεων ἃς ἂν ἐξαιτήσωσι, προῖκα λ α μ β ά ν ε ι ν ἐποίησαν.

Pulcherrimum quoque exemplum habemus 44, 26, 1, ubi haec legimus rhetorice dicta:

ὑπάρχει μὲν οὖν ὑμῖν τοῦθ', ὅπερ εἶπον, οἴκοθεν καὶ παρὰ τῶν προγόνων λαβοῦσιν ὀρθῶς βουλεύεσθαι καὶ διὰ τοῦτο οὐδὲ ξενικοῖς παραδείγμασι χρῆσθαι ἠθέλησα, μυρία ἂν εἰπεῖν ἔχων. ἓν δ' οὖν ὅμως τῆς ἀρίστης καὶ ἀρχαιοτάτης πόλεως, παρ' ἧς οὐδ' οἱ πατέρες ἡμῶν ἐπάγεσθαί τινας νόμους ἀπηξίωσαν, παρέξομαι κ. τ. ἑ.

Verba π α ρ ὰ τ ῆ ς π ό λ ε ω ς ἐπάγεσθαί τινας νόμους declinant fere a vulgari usu praepositionis, nam a b u r b e quadam leges sibi petere vix quis dici potest. Optime autem mihi nostro loco praepositionis παρὰ usus explicatur si attendimus ad totam sententiam. In rhetorico enim genere dicendi Cassius noster concinnitatem verborum exprimere voluit quo fecit modo. Initio capitis 26 (libri 44) verba usurpavit οἴκοθεν καὶ παρὰ τῶν προγόνων λαβοῦσιν, quo loco rectissime se habet παρὰ cum verbo λαμβάνειν coniunctum; concinnitatis vero sententiarum cupiditate incensus verbum ἐπάγεσθαι cum praepositione παρὰ

coniunctum idque addita re inanima consulto adhibuit. Quamquam igitur longe abhorrere videtur locutio ab usu vulgari, non sine iusta causa eiusmodi discrepantias occurrere constat.

Necesse non videtur ad eos locos animadvertere, quibus vocabulum *πόλις* prorsus idem significat atque *πολῖται*, nam iis locis praepositionem *παρὰ* occurrere vix cuiquam mirum videbitur. Iam laudavi locum Aristophaneum (Eqq. 802): *ἁρπάζειν καὶ δωροδοκεῖν παρὰ τῶν πόλεων* ubi cives intelleguntur, non urbes; non necesse habeo afferre exempla quae secutus esse videatur Dio, ut hunc usum affirmem. Restant autem alia. Proxime ad locutiones qualis est *παρὰ τῆς πόλεως* accedunt haec:

54, 17, 4: *τριπλάσιον τοῦ παρὰ τοῦ δημοσίου σφίσιν ἐς τὰς πανηγύρεις διδομένου* ....

53, 15, 5: *τὸ μὲν γὰρ πάλαι ἐργολαβοῦντές τινες παρὰ τοῦ δημοσίου πάντα σφίσι τὰ πρὸς τὴν ἀρχὴν φέροντα παρεῖχον·*

69, 15, 2: *παρ' αὐτοῦ* (sc. *τοῦ βουλευτηρίου*) *τὰς ἀποκρίσεις ποιήσασθαι ἐπιτραπεὶς* ....

Hisce enim locis verba *δημόσιον* et *βουλευτήριον* prorsus idem significant quod *ταμίαι* et *βουλευταί*, ita ut personae notionem inesse nemini non perspicuum sit.

Sequuntur ii loci quibus vocabulum abstractum ut ita dicam tanquam persona cogitatur, quia est verbum quod in mythologia fere pro deo vel dea habetur; ideo igitur remansit personae notio, quo fit ut praepositionem *παρὰ* adiunxerit scriptor.

Haec sunt quae dico exempla:

52, 3, 1: *τοῖς παρὰ τῆς τύχης δοθεῖσι μὴ καλῶς χρῆσθαι.*

55, 1: *πέφυκε πᾶν τὸ ἀνθρώπειον* .... *τῇ παρὰ τῆς τύχης ῥοπῇ κατὰ τῶν ἐθελοδουλούντων χρῆσθαι.*

46, 6, 3: *πωλῶν αὐτοῖς τὰς παρὰ τῆς τύχης ἐλπίδας* ....

In primo exemplo vis verbi quod est *δίδοσθαι* valet; aliter autem res se habet in altero atque tertio exemplo; postremo enim loco *αἱ π. τῆς τύχης ἐλπίδες* spem significant, quae a Fortuna originem ducit, vel potius spem, quam in fortuna

ponimus; ἐλπίζειν τι παρά τινος ut apud Thucydidem, Demosthenem aliosque ita apud Cassium Dionem invenitur, ex quo verbo substantivum ἐλπὶς quoque derivatum hoc loco praepositionem παρὰ adsciscit, ita ut αἱ π. τῆς τύχης ἐλπίδες reddere possimus ἃ π. τῆς τύχης παρέσεσθαι ἡμῖν ἐλπίζομεν.

Alibi quoque αἱ π. τινος ἐλπίδες occurrunt nempe 49, 41, 6, et ἡ π. τινος ἐλπὶς 46, 37, 4;

Quod attinet ad verba τῇ π. τῆς τύχης ῥοπῇ κατά τινος χρῆσθαι, fere omissum videtur participium γιγνομένῃ ita ut indicetur m o m e n t u m , d i s c r i m e n quod a fortuna fit; eiusmodi itaque discrimen inesse videtur inter utrumque locum, ut in priore exemplo (αἱ π. τῆς τύχης ἐλπίδες) ἡ τύχη quasi persona cogitetur a qua exspectamus nobis quid affore, nam αἱ π. τῆς τύχης ἐλπίδες spes sunt quam a fortuna exspectamus; in posteriore autem ἡ τύχη indicet quasi personam a qua quid fit, nam ἡ π. τῆς τύχης ῥοπὴ significat m o m e n t u m quod ipsa fortuna facit.

Addendum videtur, apud oratores saepius τὴν τύχην quasi personam fingi, cuius rei exempla non desunt; legimus exempli gratia apud Isocratem (IV. 26): τὰ π. τῆς τύχης δωρηθέντα, apud Demosthenem (de cor. 308): π. τῆς τύχης συμβέβηκεν ἐναντίωμα, apud Isaeum (IX. 15): τὰ π. τῆς τύχης ἀκριβῶς συμβῆναι.

Paulo ulterius progressis haec nobis obveniunt exempla:

38, 23, 2: ῥητῶν ἑκατέρῳ (sc. ψυχῇ τε καὶ σώματι) παρ' αὐτῆς τῆς φύσεως καὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν δεδομένων.

N a t u r a quasi dea nostro loco fingitur, quae certa quaedam bona atque mala hominum animo et corpori tribuit; sicut Latine „a natura doctus" aliaeque eiusmodi locutiones occurrunt quibus naturae personae fictio inest, ita Graece quoque ἡ φύσις personam significare potest; praeterea nostro loco vis verbi quod est δίδοσθαι perspicitur facile. Conferendus est locus apud Xenophontem (Cyneg. 13, 4): διδάσκεσθαι π. τῆς φύσεως. Isocrates (XV. 223) haec habet: ἃ π. τῆς αὐτοῦ φύσεως ἐπίσταται, (vid. exempla Dionea ex fragmentis laudata pag. 34, ubi de insito

quoque ingenio sermo est), quibuscum conferas Plutarchum (Mor. 46 E): τὸ αἰδεῖσθαι π. τῆς φύσεως ἔχων.

Eodem modo quo 38, 23, 2 occurrit π. τῆς φύσεως 69, 20, 3, ubi tamen sequitur παρὰ τῆς κρίσεως oppositum τῷ π. τῆς φύσεως. Hic quoque Dionem de industria ita scripsisse concinnitatis causa nemo non videt perspecta tota sententia:

ὥστε π. μὲν τῆς φύσεως ἀνάπηρον καὶ ἄφρονα πολλάκις δίδοσθαί τινι, π. δὲ τῆς κρίσεως καὶ ἀρτιμελῆ καὶ ἀρτίνουν πάντως αἱρεῖσθαι.

Idem fere valet de verbis quae legimus 45, 22, 3: τὰς π. τοῦ Καίσαρος ἢ καὶ τοῦ κλήρου δοθείσας ἡγεμονίας (praefecturas a Caesare vel sorte assignatas); hic enim verbum δίδοσθαι quod rectissime cum personae (Caesaris) nomine coniungitur, breviloquentiae cuiusdam vel concinnitatis causa cum re inanima (κλῆρος) coniunctum esse videtur.

Iam sequitur 66, 1, 3: παρ' ὀνείρατος ἔμαθεν ὅτι .... Μανθάνειν τι παρά τινος saepius apud Dionem occurrit significatione „audiendi alqd. ab aliquo". Nostro autem loco cum re inanima coniuncta occurrit praepositio, quod ita mihi explicandum videtur, inesse notionem quandam personae vel dei Somnii, qui saepius hominibus in somno se offert.

Restant nonnulli loci, quibus personae fictio paulatim evanescit:

56, 8, 4: τὰ π. τῶν νόμων ἆθλα, quae praemia autem sicut alioquin a persona proponuntur, nostro loco legibus quasi personis in medio posita videntur.

39, 35, 3: τῆς ἀσφαλείας ἕνεκα τῆς π. τοῦ χωρίου.

Fingere possumus personam, a qua praesidium quoddam praebetur, ita ut sermo sit de ἀσφαλείᾳ παρά τινος, quam locutionem apud nostrum invenimus 41, 26, 2 (συγκαλέσας ἐκείνους τῆς π. αὐτῶν ἀσφαλείας ἕνεκα convocatis illis ut eorum praesidio vel potius praesidio quod illi praeberent tutior esset); nostro autem loco regio quaedam vel locus quidam quasi persona occurrit, quae praesidium imperatori fert.

64, 1: μετὰ τῆς π. τῶν ὅπλων ἐξουσίας, quocum conferas

41, 32, 5: ἡ π. τῶν ὅπλων ἰσχὺς εὐελπίς ἐστιν atque 41, 36, 4: τῇ π. τῶν ὅπλων ἰσχύι ἐχρῆτο.

Robur et vim habere aliquis potest ab aliquo sive accepta sive allata; facile itaque cogitare possumus de ἐξουσίᾳ vel ἰσχύι quae militibus e. g. datur ab aliquo vel παρά τινος; sic exemplis laudatis τὰ ὅπλα viros armatos indicant, qui cui tribuunt robur; Latine quoque „ab armis auxilium petere" vel tale quid dici potest.

Omnia exempla de quibus adhuc sermo erat, eiusmodi erant ut personae notio aliqua ex parte perspici posset, quia semper res inanima ita proponebatur ut persona eius vice fungi cogitari posset. Longe aliter autem res se habet in exemplis quae sequuntur ubi neque de persona agitur neque de re inanima, sed pars personae eaque incorporea ut ita dicam, velut animus, ratio, ingenium, quasi persona ipsa inducitur. Sunt enim haec quae dico:

36, 11: αἱ εὐεργεσίαι .... αὐθαίρετοι παρ' ἑκουσίας καὶ προθύμου τῆς ψυχῆς ἐκτελοῦνται·

atque eodem libro:

36, 14: τοιαῦτα αὐτοῖς παρά τε τῆς ἐμφύτου φρονήσεως καὶ παρὰ τῆς ἐκ τοῦ γήρως ἐμπειρίας .... παρῄνεσεν.

Priore exemplo haec fere significatio est verborum:

Benefacta hominum .... libera sunt atque a spontaneo et alacri animi motu procedunt; ψυχὴ itaque motum animi indicat, qui quasi persona agens aliquid efficere fingitur.

Posteriore loco ulterius progreditur licentia auctoris; hic enim ratio mentis insita atque senilis experientia personae notionem adsumit; animi itaque functiones pro ipsa persona agenti usurpantur, dum priore exemplo sola ψυχὴ — universa tamen — personam totam reddidit.

Hic locus esse videtur ut laudemus Platonis verba (Rep. 461 E): ὡς δὲ ἑπομένη τε τῇ ἄλλῃ πολιτείᾳ καὶ μακρῷ βελτίστη, δεῖ δὴ τὸ μετὰ τοῦτο βεβαιώσασθαι π α ρ ὰ τ ο ῦ λ ό γ ο υ. His enim Platonis verbis λόγος quasi persona fingitur, a qua con-

firmari debet quod praecedenti sententia dicitur. *λόγος* nempe hoc loco fere idem valet atque nostro loco *φρόνησις*, facultas sive functio animi, quam rationem, consilium dicere possumus. Haud temere suspiceris Cassium Dionem eiusmodi exempla, qualis est locus Platonicus, ante oculos vel potius in mente habuisse, cum scriberet verba de quibus egimus.

Tria denique restant exempla, quae laudemus, ubi res inanimae cum praepositione *παρὰ* coniunctae occurrunt:

52, 32, 1: *ἔστι που πᾶσιν ἀνθρώποις ἔμφυτον τὸ χαίρειν ἐφ' οἷς ἂν παρὰ τοῦ κρείττονος ὡς καὶ ἰσότιμοι αὐτῷ ὄντες ἀξιωθῶσι.* Hoc loco abstractum pro concreto positum est, ita ut *παρὰ τοῦ κρείττονος* idem sit quod *παρὰ τῶν κρειττόνων* (ab h o m i n i b u s potentioribus).

Hunc usum ponendi abstractum pro concreto ab Thucydide mutuatus esse videtur qui saepissime adhibuit. Aliter autem res se habet altero loco:

24, 1, ubi haec habemus: *φιλεῖ γάρ πως τὸ ἀνθρώπειον ἐν ταῖς συμφοραῖς τοῦ μὲν συνήθους, κἂν θεῖον ᾖ, καταφρονεῖν, τὸ δὲ ἀπείρατον θαυμάζειν. παρ' ἐκείνου μὲν γὰρ ἅτε μηδὲν ἐς τὸ παρὸν ὠφελεῖσθαι νομίζοντες οὐδὲ ἐς τὸ ἔπειτα χρηστὸν οὐδὲν προσδέχονται, παρὰ δὲ τοῦ ξένου πᾶν ὅσον ἂν ἐθελήσωσιν ὑπὸ τῆς καινοτομίας ἐλπίζουσιν.*

Eo loco *τὸ σύνηθες* atque *τὸ ξένον* — r e s igitur consueta — inaudita, nova — personae significatione praedita sunt, id quod sane efficitur verbis adiunctis, nempe *προσδέχεσθαι* atque *ἐλπίζειν*, quae vulgo adduntur p e r s o n i s e quibus aliquid exspectamus.

Postremo dicendum est de loco 50, 17, 6, ubi legimus: *πολλὰ μὲν ἤρχθην πολλὰ δὲ ἦρξα, ἀφ' ὧν τοῦτο μὲν .... τοῦτο δὲ .... μεμάθηκα. ἐφοβήθην, ἐθάρσησα· ἐξ ὧν τοῦ μὲν .... τοῦ δὲ .... εἴθισμαι. εὐτύχησα, ἔπταισα· παρ' ὧν τὸ μήτ' ἀπογιγνώσκειν τι μήθ' ὑπερφρονεῖν ἔχω.*

In iis verbis rhetorice dictis praepositiones *ἀπὸ*, *ἐξ* et *παρὰ* fere eadem occurrere significatione nemo non videt. Perspi-

cuum est omnibus, Dionem nostro loco varietatem praepositionum adamasse qua re non miramur, praepositionem *παρὰ* a vulgari usu abhorrere. Haec itaque nobis causa esse videtur, (studium nempe adhibendi diversas praepositiones, quae omnes originem spectant a qua quid proficiscitur) cur hoc loco praepositionem *παρὰ* ita positam inveniamus. Verba quoque *μεμάθηκα, εἴθισμαι, ἔχω* eodem sensu adhibita atque adeo totae sententiae *παραλλήλως* positae sunt, de quibus alias pluribus dicendum est.

§ 2. De *παρὰ* cum genitivo cum verbis coniuncto.

Primum dicendum est de verbis veniendi, ad quae cum accedit *παρὰ*, sive simpliciter significat motum fieri e vicinitate alicuius sive simul indicat — praesertim in passivis — ex auctoritate sive iussu eius personae rem agi.

Haec sunt quae apud Cassium Dionem inveniuntur verba veniendi:

1) *ἀφικνεῖσθαι*:

παρὰ τοῦ Φραάτου πρέσβεις ἀφίκοντο 53, 33, 1; cf. 68, 15, 2; *τὰς πρεσβείας τάς τε παρὰ τῶν πολεμίων καὶ τὰς παρὰ τῶν ἐνσπόνδων καὶ βασιλέων καὶ δήμων ἀφικνουμένας* 52, 31, 1; cf. 55, 33, 5 (Xiph.); 68, 15, 1;

transl.: *τά τε ἐφέσιμα καὶ τὰ ἀναπόμπια, ὅσα ἂν παρά τε τῶν μειζόνων ἀρχόντων καὶ παρὰ τῶν ἐπιτρόπων .... ἀφικνῆται* 52, 33, 1;

2) *ἔρχεσθαι*:

τοὺς ἐλθόντας παρ' αὐτοῦ προέπεμψαν 42, 4, 1;

πρεσβευτῶν παρὰ τοῦ Τιβερίου βουλευτῶν ἐλθόντνν 57, 5, 4;

ἦλθον παρ' ἀμφοτέρων αὐτῶν πρὸς ἑκατέρους βουλευταί 50, 9, 4;

transl.: *ἀγγελία ἐπινικίων ἐλθοῦσα παρὰ Τραϊανοῦ* 68, 3, 4; (Leo);

χρήματα ἐκ τῆς Ἀσίας παρὰ τοῦ Τρεβ. ἦλθε 47, 21, 3; cf. 47, 30, 4; 49, 31, 4:

λόγοι αὐτῷ παρὰ τοῦ Πρίμου φίλιοι ἦλθον 65, 10, 3;

3) ἥκειν: ὅτι παρὰ τοῦ Αὐγούστου τις ἥκοι 67, 9, 4;

4) αὐτομολεῖν:

ηὐτομόλησαν παρ' ἐκείνων πρὸς τὸν Βροῦτον .... τινες 47, 48, 2; cf. 49, 22, 2; (quod verbum ita usurpatum videmus apud Xenophontem Anab. I. 7, 13 atque Oecon. IV. 18).

5) φεύγειν: παρὰ τοῦ 'Αντωνίου αὖ φυγόντες καὶ πρὸς τὸν Καίσαρα ἐλθόντες 50, 3, 1; (quocum conferas Demosthenem V. 18: τοὺς παρ' ἐκείνων φεύγοντας σῴζομεν).

6) προσβοηθεῖν: πολλοὶ παρὰ τῶν ὁμοήθων .... προσβεβοηθηκότες 66, 4, 3;

7) ἐσφοιτᾶν:

transl.: (de ὑφάσματί τινι): παρ' ἐκείνων (sc. τῶν βαρβάρων) καὶ πρὸς ἡμᾶς ἐς τρυφὴν τῶν πάνυ γυναικῶν περιττὴν ἐσπεφοίτηκεν 43, 24, 2;

Inprimis in passivo genere verbi quod est πέμπω Dio hunc usum servat; quamquam sane in sequenti paragrapho (ubi de παρὰ cum genitivo verbis passivis addito agetur) locum habent suum verba qualia sunt πέμπεσθαι et στέλλεσθαι, tamen, quia inest notio veniendi, hic iam collocabimus:

πρέσβεις π. τῶν συμμάχων πεμφθέντες 39, 14, 1;

πότερον π. τῶν στρατοπέδων ἢ π. τοῦ Κ. ἐπέμφθησαν 46, 43, 5;

πρεσβευτὰς πεμφθέντας π. τοῦ Οὐολ. καὶ π. τῶν 'Ιαζύγων 69, 15, 2;

ὡς καὶ π. τοῦ 'Ασπρήνου πεπεμμένοι 56, 22, 3;

συχνοὺς .... π. βαρβάρων τινῶν βασιλέων πεμφθέντας 66, 4, 2; (de loco emendato 78, 30, 4 non dicam).

τὰς ἐπιστολὰς τὰς π. τοῦ πατρός οἱ πεμφθείσας 51, 12, 1;

γράμματά τινα π. τοῦ Κ. πεμφθέντα 39, 63, 4; 46, 35, 6; 47, 26, 6; 57, 5, 3;

καὶ αὐτῷ (sc. βιβλίῳ) πεμφθέντι π. ἐμοῦ ἐντυχών 72, 23, 2;

τὰ δῶρα τὰ πεμφθέντα π. τῆς 'Οκταουίας 49, 33, 4;

νεῶν σφισι π. τοῦ Πομπηίου αὖθις πεμφθεισῶν 41, 25, 1;

δύναμίς τις αὐτῷ π. τοῦ Λεπίδου πεμφθεῖσα 46, 38, 5;

χρήματα π. τοῦ Γαβινίου πεμφθέντα οἱ 39, 60, 1;

σίτου π. τῶν βασιλέων πεμφθέντος 18, 5;

Cum postremo exemplo rectissime conferri potest 39, 1, 4: *τὴν σιτοπομπίαν, ἣν δι' αὐτῆς π. τῶν συμμάχων ἐποιεῖτο, ἀφελέσθαι. σιτοπομπίαν ποιεῖσθαι* enim *παρὰ τῶν συμμάχων* idem fere significat atque efficere ut *σῖτος π. τῶν συμμάχων πέμπηται.*

De passivo verbi quod est *στέλλειν* haec adnotavimus exempla, quibus adiuncta sunt composita quaedam verbi *στέλλειν*:

58, 13, 2: *οὐ μέντοι καὶ τὴν πρεσβείαν τὴν πεμφθεῖσαν ἐπὶ τούτῳ προσεδέξατο, καίπερ πολλῶν μὲν παρὰ τῆς βουλῆς πολλῶν δὲ καὶ παρὰ τῶν ἱππέων τοῦ τε πλήθους σταλέντων.*

Dictum esse videtur de legatis, ad Tiberium missis e numero senatorum equitumque atque de plebe, ita ut verba *παρὰ τῆς βουλῆς* etc. cohaereant quidem cum participio *σταλέντων*, quippe qui legati ab omnibus ordinibus essent missi, sed praepositione simul indicari videtur missos e senatu, ex equitibus, e plebe electos esse, ita ut desideretur fere participium *ἐξειλεγμένων* vel eiusmodi notio.

Paulo aliter est apud Zonaram, (cf. Cass. Dionis edit. Boissev. ad 65, 8, 3[1]) ubi haec legimus: *παρὰ Νέρωνος ἦν ἐκεῖσε* (sc. *ἐς Ἰουδαίαν*) *σταλείς*, quo loco praepositio *παρὰ* accedit ad significationem praepositionis *ὑπὸ*, quamquam sane inest o r i g i n i s notio, profectio a Nerone qui eum misit.

39, 5: *ἀπεστάλη παρὰ Ῥωμαίων ἐς Τάραντα.*

73, 11, 1: *ἔτυχε παρὰ τοῦ Π. ἀποσταλεὶς ἐς τὸ στρατόπεδον.*

De utroque loco idem valet quod de loco Zonarae de quo modo dixi.

Restat unus locus, qui adiungendus esse videtur hisce verbis veniendi coniunctis cum praepositione *παρὰ*, quia notio veniendi inest, nempe 50, 9, 1: *ἐπειδὴ τὰ χρήματα παρὰ τοῦ Ἀντωνίου παρόντα ᾔσθετο.* Hoc loco paucis verbis de verbo quod est *παρεῖναι* dicendum videtur. Apud multos scriptores in hoc verbo inest vis movendi, ita ut occurrat coniunctum cum praepositionibus *πρὸς, ἐς, ἐπὶ* (c. acc.) *ἐκ*; legimus e. gr. apud Xenophontem (Cyr. 6, 2, 40): *εἰς τὴν τεταγμένην χώραν*, (Cyr.

8, 3, 2): ἐπὶ τὰς θύρας, (Anab. 6, 4, 15): ἐπὶ τὴν θυσίαν, apud Demosthenem (Olynth. 1 § 8): ἐπὶ τὸ βῆμα, apud Xenophontem (Cyr. 2, 4, 21): πρὸς αὐτὸν, apud Herodotum (6, 24): ἐκ ταύτης τῆς πόλιος ἐς 'Ασίην, ut plura omittam exempla. Cassius quoque hunc usum servavit in 40, 21, 2: πρὸς τὸν πατέρα ἐκ τῆς Γαλατίας παρῆν (pervenerat ex Gallia ad patrem), qui idem usus mihi esse videtur nostro loco (50, 9, 1).

Translate quoque usurpatur 44, 24, 2:

ἐς τοῦτο καιροῦ πάντα τὰ πράγματα πάρεστιν ὥστε....

Apparet, nostro loco (50, 9, 1) παρεῖναι idem esse atque πεμφθέντα παρεῖναι, non tamen participium πεμφθέντα omissum esse quivis concedet; etenim si vocabulum πεμφθέντα omissum existimemus, additum necesse sit articulum, ut legeremus τὰ παρ' 'Αντωνίου παρόντα ᾔσθετο. Verborum igitur significatio haec est: „postquam animadvertit pecunias ab Antonio missas ibi adesse"; Conferendus est locus Thucydideus (8, 5, 4): καὶ παρὰ Τισσαφέρνους.... πρεσβευτὴς ἅμα μετ' αὐτῶν παρῆν. Si autem Cassius hunc locum Thucydidis in mente habuit, cum verbum παρεῖναι coniungeret cum praepositione παρά, non recte meminit loci, quia in exemplo laudato Thucydideo ex verbis ἅμα μετ' αὐτῶν manifesto apparet, verbum παρεῖναι simpliciter significare a d e s s e (una cum iis aderat legatus, a Tissapherne profectus); praepositio enim παρὰ mihi pendere videtur ex substantivo πρεσβευτὴς omisso verbo veniendi, cuius usus apud Dionem quoque exempla exstant, de quibus alias disputabimus.

Satis locutus de verbo παρεῖναι παρά τινος transeam ad verbum f e r e n d i (φέρειν). Sicuti verbum πέμπειν causativum dici potest τοῦ ἰέναι ita fere recipi poterit verbum φέρειν. Verbi πέμψαι rationes secutus huic quoque verbo Cassius Dio quamvis semel tantum praepositionem παρὰ cum genitivo adiunxisse nonnullis fortasse videtur, nempe 55, 11, 3:

τὸ πλοῖον τὸ τὴν ἀγγελίαν τῷ Τιβερίῳ τῆς ἐς τὴν 'Ρώμην ἀνακομιδῆς παρά τε τῆς μητρὸς καὶ παρὰ τοῦ Αὐγούστου φέρον....,

quibus equidem adstipulari non possum. Sunt sane exempla

(quamquam raro apud Atticos scriptores verba ferendi et agendi cum *παρὰ* dicta reperiuntur) quibus apparet praepositionem *παρὰ* pendere a verbo *φέρειν* (Xen. Cyr. 2, 4, 1: *φέρειν στολήν*; translate Herod. 7, 213: *μέγα φέρειν*; 6, 100: *κέρδεα φ.*) et *ἄγειν* (*σῖτον ἐξάγειν* Dem. Lept. 32; *ἐκ τῆς ἠπείρου παρὰ Κλεοπάτρας εἰς Λευκάδα ἐσιτήγει* Lyc. in Leocr. 26); sed nostro loco idem habemus quod est in Sophoclis Electra 666: *ἥδεις λόγους τινὶ φέρειν παρά τινος*, ubi praepositio *παρὰ* non cum verbo *φέρειν* sed cum substantivo verbali *λόγους* coniungenda esse videtur; nostro itaque loco praepositionem non cum *φέρον* sed cum substantivo *ἀγγελίαν* (quod idem est atque *τὸ ἀπηγγελμένον*) coniungendum esse in aperto est.

Antequam transgredimur ad verba accipiendi dicere necesse videtur de verbo d a n d i quod significatione quidem proxime accedat ad verba mittendi, agendi, veniendi. B i s tantum verba d a n d i cum praepositione *παρὰ* leguntur, nempe

57, 5, 3: *δωρεὰν .... σφίσι διπλῆν ὡς καὶ παρ' ἐκείνου* (sc. Tiberii sumptu) *ἔδωκε*.

59, 2, 1: *πάντα, ὡς καὶ παρ' ἑαυτοῦ δή, τοῖς ἄλλοις ἀποδούς*. His exemplis docemur vix dici posse praepositionem *παρὰ* coniungendam esse cum verbis *ἔδωκε* et *ἀποδούς*; fere supplendum esse videtur participium *πεμφθεῖσαν, δεδομένην* vel eiusmodi quid. Conferamus e. g. locum Platonis (Phaedr. p. 245 B) ubi haec legimus: *ἡμῖν δὲ ἀποδεικτέον αὖ τοὐναντίον, ὡς ἐπ' εὐτυχίᾳ τῇ μεγίστῃ παρὰ θεῶν ἡ τοιαύτη μανία δίδοται*, ubi a dis dari dicitur talis rabies, i. e. a deorum latere ad eum venit cui eam destinant. Sic nostris locis: donum .... duplex iis donavit, tamquam a Tiberio, i. e. a Tiberio missum; omnia ceteris reddidit tamquam de suo. Praeterea observandum est locutionem *παρ' ἑαυτοῦ* de suo, suis sumptibus notissimam esse; cf. Herod. 2, 129; 7, 29; 8, 5, ne alios laudem scriptores.

Iam transire licebit ad verba a c c i p i e n d i et s u m e n d i, inter quae multo maxime frequentatum est verbum *λαμβάνειν*

eiusque composita. Initium itaque faciamus a verbis quae a c c i p i e n d i habent notionem, vel proprio vel translato sensu usurpatis. Verbum λαμβάνειν addita praepositione παρὰ cum genitivo coniuncta apud omnes scriptores Graecos occurrere nemini ignotum est; apud Dionem quoque hoc verbum velut instar esse omnium verborum ex quibus παρὰ cum genitivo pendet, facile apparebit ex exemplis laudatis.

Duo exstant loci quibus verba αἰτεῖν atque λαμβάνειν coniuncta occurrunt ut praepositio ad utrumque verbum pertineat, nempe:

89, 4: μήτε τοὺς αὐτομόλους μήτε Φρουρὰν στρατιωτῶν Ῥωμαίων αἰτήσας παρ' αὐτοῦ ἔλαβεν.

37, 46, 2: Φρουρὰν π. τῆς βουλῆς καὶ αἰτησάντων καὶ λαβόντων, quae exempla itaque sub verbo αἰτεῖν quoque memoranda esse videntur.

Primum dicendum est de propria significatione, deinde de translatis dictionibus, in quibus verbum λαμβάνειν usurpatur coniunctum cum praepositione παρά.

Libentissime praepositionem παρὰ cum genitivo adsciscit verbum λαμβάνειν in iis exemplis ubi obiecti loco substantivum occurrit quo quid indicatur a quodam ad alium missum muneri, sive, quod magis notioni praepositionis παρὰ convenit, tantummodo indicatur „a cuiusdam parte aliquid missum esse", sive significatur „propria manu alterum alteri rem tradidisse".

Dona sunt, pecuniae, auxilia, res quae ita traduntur.

Haec sunt quae Dio praebet exempla:

χρήματα λαμβάνειν π. τινος 36, 53, 5; 39, 57, 3 (bis); 41, 63, 2; 44, 42, 3; 45, 40, 3; 46, 29, 3; 46, 47, 1; 47, 8, 5; 47, 26, 1; 47, 30, 2; 48, 10, 1; 49, 31, 2; 53, 30, 3; 59, 8, 3; 64, 3, 4c (Zon.); 71, 12, 2; τὰ νικητήρια 56, 42, 2; δῶρα λ. π. τινος 41, 1; δωρεὰς 44, 33, 3;

ἄλλο τι ἀργύριον 54, 35, 3; 55, 18, 6; 57, 8, 6;

χρυσίον πολύ 73, 6, 1;

χρυσοῦν (nummum aureum) 55, 12, 4 (Xiph.);

δραχμὴν 55, 12, 4 (Xiph.); *ὀβολόν* 59, 6, 4;
τὰ ἀναλώματα τὰ τῇ ἀρχῇ αὐτοῦ προσήκοντα 53, 24, 5;
πολλὰ λήμματα 78, 3, 5;
.... *μυριάδας* 59, 28, 5 (Xiph.); 67, 16, 2;

Pronominibus indefinitis indicantur haec:
σμικρὰ ἄττα λ. π. τινος 39, 55, 4; 75, 5, 3; *τὰ ἄλλα* 37, 3, 6; *πολλὰ καὶ μεγάλα* 41, 63, 2; 51, 7, 2; 54, 25, 1; *πάμπολλα* 46, 14, 3; 66, 14, 3; *τὶ* 52, 12, 1; *τινὰ* 72, 16, 2 (exc. Val.);
οὐδὲν vel *μηδὲν* 55, 25, 3; 66, 24, 4; 77, 9, 7;

Ita fere: *τὰ μέγιστα* 43, 16, 2; *μέγα τι* 66, 8, 2; *τούτων ἃ ....* 78, 20, 4; *μέρος τι ὧν εἶχον* 76, 10, 3; *ἄλλο τι ἐξαίρετον* 69, 1, 2;

Pro pecunia, quam quis ab alio accipit, aliis locis memorantur naves vel praedae pars vel commeatus vel tale quid, e. g.:
ναῦς λαμβάνειν π. τινος 47, 30, 2;
τὰ ἐπιτήδεια 41, 31, 3; 49, 31, 2;
τῶν λαφύρων πολλὰ 49, 33, 1;
τοὺς στρατιώτας τήν τε τροφὴν 47, 14, 3;
τὴν τροφὴν τοῖς στρατιώταις 47, 29, 2;

Aliae quoque res dono acceptae memorantur, nempe:
στεφάνους λαμβάνειν π. τινος 42, 49, 3; 48, 4, 6;
δόρατα 55, 12, 1 (Xiph.); *τὰ ὅπλα* 39, 1; 76, 14, 3; 72, 2, 3;
πλείω τῶν προτεινομένων σφίσιν ὑπὸ τοῦ Καίσαρος 45, 13, 1;
τοὺς ἐλέφαντας παρ' αὐτοῦ ἔλαβε. θηρία καὶ βοτά, τὰ μὲν πλεῖστα παρ' ἡμῶν καὶ ἀνάγκῃ λαμβάνων, ἤδη δέ τινα καὶ ὠνούμενος 77, 10, 1 (bestias itaque feras atque mansuetas magna ex parte a nobis vel coactis accepit, aliquot emit).

Digna quae memorentur haec sunt exempla, quibus sermo est de rebus quas quis ab alio accipit, minus usitate adhibita:
51, 3, 6: *δακτύλιον ἔλαβον παρ' αὐτοῦ ἵν' ἐπισφραγίζεσθαι τὰς ἐπιστολὰς ἔχωσι.*
45, 2, 2: *ἔδοξέ ποτε ὁ Κικέρων ὄναρ αὐτὸν* (sc. Octavium) *μάστιγα παρὰ τοῦ Διὸς εἰληφέναι.*

44, 18, 3: *βιβλίον τι παρ' αὐτοῦ* (sc. Bruto) *λαβὼν* (Caesar) [supremo vitae die cum in curiam se conferret] *οὐκ ἀνέγνω* . . . .

Quibus locis anulus, flagellum, libellus significantur a quodam accepta ab altero, ita vero res significatur, ut dubitare possis, utrum missa fuerit ab altero an propria manu tradita. Apertior paulo res est in sequentibus:

68, 17, 1: *ὅτι μὴ τὸ διάδημα ὑπ' αὐτοῦ εἰλήφει, ἀλλὰ παρὰ τοῦ Πάρθων βασιλέως, ὁ τῶν Ἀρμενίων βασιλεύς* (m i s s a m a Parthorum rege, non manu traditam coronam indicat).

72, 18, 2: *κύλικι . . . . παρὰ γυναικὸς γλυκὺν οἶνον ἐψυγμένον λαβών*. E manu mulieris poculum accepisse Commodus videtur.

56, 47, 1: *ἄλλων γὰρ ἄλλα ἐσηγουμένων, ἔδοξέ σφισι βιβλία παρ' αὐτῶν τὸν Τιβέριον λαβόντα ἐκλέξασθαι ὅσα ἐβούλετο*. Hoc loco praepositio *παρὰ* non solum a verbo *λαμβάνειν* sed etiam a substantivo *βιβλία* pendere videtur; *βιβλία* enim, ab aliis Tiberio oblata ut eligeret quae vellet, *παρ' αὐτῶν* proficiscebantur, ita ut mandata sive verba eorum in honorem Augnsti in his conscripta essent ab iis.

71, 10, 5: De Marco Antonino, a militibus septimum imperatore appellato, haec habemus: *ἐδέξατο αὐτὸ* (sc. *ὅτι παρὰ τῶν στρατιωτῶν αὐτοκράτωρ προσηγορεύθη*) *ὡς καὶ παρὰ θεοῦ λαμβάνων*, quasi id divinitus (i. e. a deo ei oblatum) acciperet.

Regiones quoque, quas quis ab alio accipit, inveniuntur: *τὰ χωρία ὅσα π. τοῦ Ἀ. εἰλήφεσαν* 51, 2, 1; *τὴν Ἀφρικὴν* 48, 20, 4; *τὴν Ἀρμενίαν* 55, 10a, 7; *τὴν χώραν καὶ τὴν πόλιν* (sc. *Καμπανίαν* — *Καπύην*) 45, 12, 2;

Omnibus his exemplis r e s bestiaeve nominantur, quas quis ab alio accipit sive dono sive ex mandato imperator; sequuntur exempla, quibus p e r s o n a e ab aliquo acceptae esse dicuntur:

τοὺς στρατιώτας παρὰ τῶν πόλεων λαμβάνειν 47, 14, 3; 72, 2, 3;

ὁμήρους παρ' αὐτοῦ ἔλαβε 89, 1; 78, 27, 5;
ὅσους π. τε τῶν ἀνδρῶν καὶ π. τῶν γυναικῶν δούλους .... λαβών 55, 31, 1;
τοὺς αἰχμαλώτους τούς τε αὐτομόλους 89, 1;
τὸν Ἰουγούρθαν ἔκδοτον παρ' αὐτοῦ λάβοι 89, 6;
φρουρὰν (i. e. *φρουρούς*) *π. τῆς βουλῆς λαμβάνειν* 37, 46, 2;
δημιουργοὺς πολλοὺς παρ' ἐκείνου λαβών 63, 6, 6;
υἱόν τινα τοῦ Φραάτου .... π. αὐτοῦ λαβών 51, 18, 3; 53, 33, 2;
ὥστε ἐπίτροπον τῆς ἀρχῆς π. τοῦ Αὐγούστου λαβεῖν 57, 17, 5; (ut tutorem regni ab Augusto acciperet).

Hucusque exempla laudata eiusmodi fere sunt ut proprio sensu usurpatum videatur verbum *λαμβάνειν τι παρά τινος*. Res quas quis accipere dicitur e manu alterius in alterius manum transire finguntur sive proprie velut *δῶρα, χρήματα*, aliae res, sive metaphorice, velut regiones, milites, obsides aliaeve personae; sic fere oritur significatio veniendi in alicuius potestatem perfecta actione *τοῦ λαμβάνειν*. Cum quis verbi causa *στρατιώτας παρὰ τῶν πόλεων λαμβάνει*, ii milites in eius veniunt potestatem; non e manu proprio sensu urbium transeunt in manus eius qui *λαμβάνει*, sed translato fere sensu e dicione urbium in illius veniunt dicionem.

Omnia autem dona, sive res sive personae, concretae sunt res, quas quis ab altero accipit; itaque proprio sensu usurpatum mihi visum est verbum *λαμβάνειν*; translata autem fit significatio cum de rebus abstractis agitur, velut honore, laudibus aliisve rebus, quibus quis donari vel quas quis ab alio accipere dicitur. Pauca quaedam de hac translata dictione addam. Transitum praebet ad translatam significationem hic locus:

μίαν ὥραν μόνην π. τοῦ Τρεβωνίου πρὸς ἀντιλογίαν λάβων 39, 34, 2; (ad contra dicendum unam modo horam a Trebonio accepit); hic tempus quoddam conceditur alicui ut contra dicat cuidam opinioni; rem itaque abstractam *λαμβάνει* quis, sed ita ut

prorsus eam rem ordinare possit suo arbitrio; plane eius dicionis facta est res accepta; ut milites de quibus diximus ab alterius potestate in alterius transeunt, sic tempus, quod quis *λαμβάνει παρά τινος*, dominum ut ita dicam mutat; qui accepit libere velut suum tractare potest.

Tum ii sequuntur loci quibus *ἀρχὴ* quaedam ab aliquo accipitur ab alio:

τὴν ἀρχὴν (magistratum vel imperium) *καὶ ἐς τὸ ἐπιὸν ἔτος παρ' ἑκόντων αὐτῶν ἔλαβεν* 94, 1; 43, 48, 2; 44, 33, 3; 46, 29, 4; 49, 22, 3; 53, 21, 1; 57, 3, 3; 57, 18, 8 (Exc. Val et Zon.); 64, 5, 3;

τὴν ἡγεμονίαν παρ' ὑμῶν αὐτοτελῆ λαβεῖν 36, 36, 1; 42, 29, 4; 53, 31, 4;

τὴν βασιλείαν παρὰ τῶν Ῥωμαίων λήψεσθαι 37, 12, 1; 54, 24, 4;

τὴν δυναστείαν τοῦ Βοσπόρου παρ' αὐτῶν ληψόμενος 42, 46, 4;

Exempla ubi verbum *λαμβάνειν* obiecti loco adsciscit substantivum quo quid indicatur a quodam ad alium missum, haec sunt:

56, 31, 1: *ἐπισκήψεις τινὰς παρ' αὐτοῦ λαβεῖν* (mandata accipere ab aliquo);

39, 38, 4: *πίστιν παρὰ τῶν ἀγόντων σφᾶς ἔνορκον λαβεῖν* (promissum iure iurando confirmatum);

71, 18, 1: *πίστεις παρὰ Μάρκου λαβεῖν ἦ μὴν* .... (iusiurandum);

38, 34, 3: *π. τοῦ βαρβάρου πρόφασιν τῆς διαφορᾶς λαβεῖν* (praetextum a quodam suppeditatum);

Ita quoque confirmationem (*κύρωσιν τῆς βασιλείας*) *λαμβάνειν* dicitur quis 38, 34, 3;

τὰ .... πραχθέντα κῦρος π. τῆς βουλῆς ἔλαβε 48, 34, 1;

ἐς τὴν Ῥώμην, ἵνα καὶ παρ' ἐκείνων τὸ κῦρος λάβῃ, ἐπέστειλεν 49, 41, 4;

Tum laudes, bonae voluntatis significationem aliaque accipere ab alio quidam dicitur:

τιμὰς π. τινος λαμβάνειν 44, 33, 3; 45, 40, 3; 49, 33, 1; 60, 33, 2[1] (Xiph.); 66, 20, 3;

εὔνοιαν π. τῶν ἀρχομένων ἂν λάβοις 52, 8, 2;
παρὰ τῶν ἄλλων ἐπαίνους λ. 46, 49, 5; 47, 31, 4;
τινὰ π. τοῦ δαιμονίου χρηστὴν ἐλπίδα λ. 37, 35, 4; 47, 31, 4;
τὴν μαρτυρίαν τῆς ἀρετῆς παρὰ ἀκόντων σφῶν λ. 82, 1;
κέρδη π. ἐκείνου λ. 78, 9, 2 (ubi abstractum *κέρδος* fere simile esse videtur concreto *δώρῳ*).

Sic quoque malae voluntatis significatio accipitur a quodam cum:

ὀργὴν παρά τινος λαμβάνει quod habemus 52, 8, 6;

Locutionem *δικὴν παρά τινος λαβεῖν* (poenam ab aliquo exigere) apud multos scriptores in usu esse nemo ignorat; Cassius quoque saepius adhibuit quod patet ex exemplis quae invenimus:

45, 25, 2; 45, 25, 3 (bis); 46, 3, 1; 46, 10, 3; 59, 30, 2 (Petr. Patr.); 62, 9, 2.

Restant nonnullae dictiones minus usitatae:

τὰς δυνάμεις παρ' αὐτῶν ἔλαβον (vires ab iis acceperunt, quibus postea promissorum obliti in ipsos eos utuntur) 41, 16, 2; quocum conferatur 44, 42, 3; ubi coniuncta occurrunt *δύναμις ἀξιόχρεως* atque *χρήματα αὐτάρκη παρ' ὑμῶν λαβών*, ubi significat Antonius, Caesarem neque iustas copias neque sufficientem pecuniam a Romanis accepisse.

Idem fere habemus in 61, 2, 4: *ἰσχὺν παρά του γέροντος μεγάλην λήψεται* (Nero).

44, 26, 1 (verba Ciceronis) oratorice dicta haec legimus: *ὑπάρχει μὲν οὖν ὑμῖν τοῦθ', ὅπερ εἶπον, οἴκοθεν καὶ παρὰ τῶν προγόνων λαβοῦσιν ὀρθῶς βουλεύσασθαι·* quibus verbis respicitur ad praecedentis capitis verba, ubi orator de *παραδείγμασιν οἰκείοις* sermonem facit; haec itaque exempla domestica a maioribus accepta adhibenda sunt iis in consiliis capiendis.

78, 9, 2 de militibus haec legimus: *τῆς εἰρήνης ἧς ἀντήλπισαν παρὰ τοῦ Μακρίνου λήψεσθαι (οὐκ ἔτυχον), τῶν δὲ δὴ κερδῶν, ὧν παρ' ἐκείνου ἐλάμβανον, (στερόμενοι) κ. τ. ἑ.*

Concinnitas verborum animadvertenda est hisce in vocabulis;

κέρδη autem *λαμβάνειν παρά τινος* (de qua dictione iam vidimus) recte dici potest, quia fere *δῶρα* significantur quae quis a duce accipit; per analogiam itaque mihi dictum esse videtur *τὴν εἰρήνην παρά τινος λαμβάνειν.*

Unus superest locus de quo dicam, nempe 44, 24, 2 (verba ex eadem Ciceronis oratione ex qua supra iam laudavimus verba quaedam): *πρότερον μὲν γὰρ* — Cicero inquit — *οἱ τὰ ὅπλα ἔχοντες καὶ τῆς πολιτείας ἐγκρατεῖς ὡς τό πολὺ ἐγίγνοντο .... νῦν δ' ἐς τοῦτο καιροῦ πάνθ' ὡς εἰπεῖν τὰ πράγματα πάρεστιν ὥστε ἐφ' ὑμῖν τε αὐτὰ εἶναι καὶ ἐς ὑμᾶς ἀνακεῖσθαι, καὶ παρ' ὑμῶν ἤτοι τὴν ὁμόνοιαν καὶ μετὰ ταύτης τὴν ἐλευθερίαν, ἢ στάσεις καὶ πολέμους ἐμφυλίους αὖθις καὶ ἀπ' αὐτῶν καὶ δεσπότην λαβεῖν.*

Haec sententia mihi satis contorta videtur; dicit nempe orator eo res rediisse ut a senatoribus (*παρ' ὑμῶν*) concordia cum libertate coniuncta vel seditiones et bella accipiantur, omissis tamen personis quae a senatoribus res illas accipere finguntur, nisi quis censeat ex antecedentibus „*τοὺς τὰ ὅπλα ἔχοντας*" facile suppleri posse. Equidem, quoniam durum hoc mihi videtur, malim suspicari in extremis excidisse subiectum sive *ἡμᾶς* sive *τοὺς ἀνθρώπους.*

Restant de quibus dicam illi loci in quibus *λαμβάνειν παρά τινος* obiecti loco infinitivum adsciscit vel saltem adsciscere videtur. Nam discrimen in hisce statui praestat; ubi enim scriptor dicit *πόλιν* sive *χώραν ἐνοικεῖν λαμβάνειν παρά τινος*, vix dubium dixerim quin infinitivus epexegetice additus sit „urbem habitandam accipere ab aliquo". Exempla quibus illustratur quod dico haec sunt:

τὴν Δάφνην παρὰ τοῦ Διδίου, τὸ τῶν Ἀντιοχέων προάστειον, ἐνοικεῖν ἔλαβον (51, 7, 6).

τῆς χώρας αὐτῶν, ἣν οἰκεῖν παρὰ τῶν Ῥωμαίων εἰλήφεσαν, ἐξανέστησαν (54, 36, 3).

Alia autem res est in sequentibus exemplis, ubi verbum

λαμβάνειν — quod significat saepius apud Cassium „ius vel facultatem acquirere rei faciendae" (cf. e. g. 42, 20, 3: δικτάτωρ ἐς ἐνιαυτὸν ὅλον λεχθῆναι ἔλαβεν; 42, 29, 3: τὴν πόλιν διὰ φυλακῆς μετὰ τῶν ἄλλων δημάρχων ποιεῖσθαι ἔλαβεν) — non solum nomen obiecti loco adsciscit, sed etiam addi infinitivum necesse videtur:

55, 3, 6: οἱ στρατηγοί, ἀγανακτήσαντες ὅτι μηδεμίαν γνώμην.... ἐς τὴν βουλὴν ἐσέφερον, παρὰ τοῦ Αὐγούστου ἔλαβον αὐτὸ ποιεῖν, hic enim infinitivus ποιεῖν omnino non epexegetice additus est, sed re vera expressis verbis indicat ius, quod praetores ab Augusto impetraverunt; αὐτὸ ποιεῖν respicit praecedentia: γνώμην ἐς τὴν βουλὴν ἐσφέρειν, ea itaque a c t i o referendi ad senatum, qua antea carebant, ab Augusto iis concessa est.

Etiam magis perspicue res se habet in:

72, 12, 2: οἱ Νικομηδεῖς καὶ ἀγῶνα ἄγειν καὶ νεὼν τοῦ Κομμόδου ποιήσασθαι παρὰ τῆς βουλῆς ἔλαβον.

Hic enim quod a senatu Nicomediensibus conceditur exprimitur verbis ἀγῶνα ἄγειν atque νεὼν τοῦ K. ποιήσασθαι. (Non ἀγῶνα neque νεὼν acceperunt, sed ius ludorum agendorum templique aedificandi Commodo imperatori).

Qui usus confirmatur verbis quae leguntur 51, 23, 1:

Statilius Taurus Amphitheatrum in Campo Martio aedificavit in quo amphitheatro dedicando munus gladiatorium exhibuit, quapropter στρατηγὸν ἕνα παρὰ τοῦ δήμου κατ' ἔτος αἱρεῖσθαι ἐλάμβανε (a populo itaque potestatem accepit quotannis unum ex praetoribus creandi).

Bis occurrit praemisso articulo infinitivus s u b s t a n t i v e usurpatus, adiunctus verbo λαμβάνειν obiecti loco, nempe his locis:

53, 30, 3: παρά τε τοῦ Αὐγούστου καὶ παρὰ τῆς βουλῆς τὸ χρυσοῖς δακτυλίοις χρῆσθαι ἔλαβε (ius anuli aurei).

60, 33, 2[1] (Xiph.): τὸ καρπέντῳ ἐν ταῖς πανηγύρεσι χρῆσθαι παρὰ τῆς βουλῆς ἔλαβεν (potestatem utendi carpento in ludis a senatu impetravit).

Aliter res se habet 48, 4, 4, quamquam articulus additus est infinitivo; legimus enim:

τὸ δοῦναί τινι ἐξουσίαν τῆς τῶν νικητηρίων πέμψεως μεῖζον τοῦ διεορτάσαι αὐτὰ παρ' ἑτέρου λαβόντα ἦν, quae verba significant: Maius erat, alicui triumphi potestatem concedere quam eum concessum ab alio ducere. Infinitivus διεορτάσαι praemisso articulo non pendet ex verbo λαβόντα, sed arcte inter se coniungenda sunt verba διεορτάσαι .... λαβόντα, quae omnia unius substantivi loco adhibentur praecedenti articulo; τὸ δοῦναι opponitur τῷ διεορτάσαι παρ' ἑτέρου λαβόντα, sc. τὴν ἐξουσίαν; illud enim maius est hoc.

Paucis iam dicendum est de aliquot compositis verbi quod est λαμβάνειν, quae cum praepositione παρὰ coniuncta in Dionis libris occurrunt. Primo loco ἀντιλαμβάνειν: alqd. accipere ab aliquo pro beneficio in ipsum collato: sic 40, 51, 3: Scipio τὴν θυγατέρα τῷ Πομπηίῳ ἐξέδωκε καὶ παρ' αὐτοῦ τήν τε ὑπατείαν καὶ τὸ μὴ κατηγορηθῆναι ἀντέλαβε (ἔλαβε itaque ἀντὶ τοῦ ἐκδοῦναι).

Item de munere quod dandum erat ex promisso ad gratiam reddendam: 48, 5, 2: διηνέχθησαν οἱ μὲν (sc. Antonius et Fulvia) ὅτι ...., ὁ δὲ (sc. Caesar) ὅτι τὰ στρατεύματα παρ' αὐτῶν οὐκ ἀντέλαβε [de quibus legionibus promissis ab Antonio legimus 48, 2, 3: (Antonius) ἕτερα .... ἴσα ἀντιδώσειν αὐτῷ (sc. Caesari) ἐπηγγείλατο].

Et universe τὴν ὁμοίαν ἀντιλαμβάνειν παρά τινος 46, 29, 1: Cicero ipse καὶ ἀκράτῳ καὶ κατακορεῖ τῇ παρρησίᾳ ἀεὶ πρὸς πάντας ὁμοίως ἐχρῆτο, παρὰ δὲ δὴ τῶν ἄλλων οὐκ ἠξίου τὴν ὁμοίαν ἀντιλαμβάνειν. (noluit ab aliis sibi par pari referri).

Apud Herodotum bis occurrit τὴν ὁμοίην (sc. δίκην, ποινήν, χάριν) ἀποδιδόναι τινί, veluti IV. 119; VI. 21; semel quoque ἀνταποδιδόναι τὸ ὁμοῖον I. 18; simpliciter διδόναι τὴν ὁμοίην occurrit VI. 62; eodem capite invenitur τὴν ὁμοίην ζητέων φέρεσθαι παρ' ἐκείνου (postulans ut sibi ab illo paria referrentur).

ἀντιλαμβάνειν cum verbo ἀντιδιδόναι coniunctum occurrit 37,

37, 1: *ἀντεδίδοσάν σφισι* (tres viri) *καὶ ἀντελάμβανον παρ' ἀλλήλων ὅσα ἐν ἐπιθυμίᾳ εἶχον* (mutuo itaque sibi tribuerunt atque a se invicem acceperunt quae suae voluntati satisfacerent).

Sequitur *ἀπολαμβάνειν τι παρά τινος*:

8, 2: *ὅσα παρ' ἑκόντων τῶν Λατίνων .... οὐκ ἠδυνήθη κομίσασθαι, παρὰ ἀκόντων στρατεύσας ἀπέλαβεν.*

(Ut *ἀποδιδόναι* notione r e d d e n d i, i. e. dandi alicui quod ipsi debetur, sic *ἀπολαμβάνειν* r e c u p e r a n d i significatione nonnunquam apud Dionem legitur; *ἀπολαμβάνειν τι παρά τινος* apud eum quoque *λαμβάνειν* fere significat *παρά τινος* quod cui ab ipso debetur); ita 40, 65, 2: *στράτευμα ἓν ἀπολαβεῖν παρ' αὐτοῦ* (sc. Caesare) *ἐθελήσας* (Pompeius); 42, 2, 4: *τοῦ Πτολεμαίου τοῦ διὰ τοῦ Γαβινίου τὴν βασιλείαν παρ' αὐτοῦ* (sc. Pompeio) *ἀπολαβόντες*; idem 68, 20, 2; De loco emendato 78, 22, 6 non opus est ut dicam.

Aliud sequitur compositum, nempe:

παραλαμβάνειν, quod verbum quo loco cum praepositione *παρὰ* coniunctum occurrit, significat: „clamorem quendam excipere"; locus quem dico haec habet: *βοῶντες, "Φεῦγε κλεῖε κλεῖε" καὶ αὐτὰ καὶ οἱ λοιποὶ παραλαμβάνοντες παρ' ἀλλήλων ὡς ἕκαστος διεβόων ....* (44, 20, 3). Aliis quoque locis apud Cassium hac significatione praeditum verbum occurrit, veluti 60, 14, 4: *αὐτὸς .... ὑπότρομος διηγήσατο, καὶ ἡ Μεσσαλῖνα παραλαβοῦσα ἐδείνωσε.* 72, 13, 4: *τὰ παιδία συνεβόησαν πολλὰ καὶ δεινά, καὶ ὁ δῆμος παραλαβὼν αὐτὰ οὐδὲν ὅ τι οὐκ ἐξέκραγε.*

Tum *προσλαμβάνειν τι π. τινος* aliquoties invenitur, nempe 38, 45, 3; 41, 36, 4; 46, 16, 3;

41, 36, 4: *καὶ προσέτι καὶ ἐξουσίαν ἔννομον δή τινα παρὰ τῆς ἐκεῖ βουλῆς προσέλαβε.* (Vis praepositionis in verbo composito *προσλαμβάνειν* hic etiam confirmatur vocabulis praecedentibus *καὶ προσέτι καί*, ita ut *προσλαμβ.* significet „insuper accipere"). 46, 16, 3: *πρὸς τῷ μηδὲν αὐτὸν τῶν δεόντων ποιεῖν καὶ ἐξουσίαν τοσαύτην παρ' ὑμῶν προσλαμβάνοντα* (hic idem valet atque priore loco; verbum enim *προσλαμβ.* cum vocabulis

πρὸς τῷ .... ποιεῖν coniungendum nemo non videt). Nec multum distat notio verbi compositi primo quem laudavimus loco 38, 45, 3, ubi haec legimus:

πῶς δ' οὐκ ἂν μᾶλλον ἡμῖν πάντες ἢ ἐκείνῳ συναράμενοι τήν τε τυραννίδα αὐτοῦ ὅμορόν σφισιν οὖσαν καταλῦσαι καὶ τῆς χώρας μέρος τι παρ' ἡμῶν προσλαβεῖν ἐθελήσειαν; Etenim licet in praecedentibus ipsa praepositio non exprimatur, eadem tamen est vis praepositionis πρὸς in verbo composito προσλαμβάνειν, nam sententia quae ultima antecedit verba, obiecti instar est τοῦ προσλαμβάνειν, hoc itaque modo explicanda est tota sententia, ut fere legi possit: πρὸς τῷ τὴν τυραννίδα .... καταλῦσαι καὶ τῆς χώρας μέρος τι προσλαβεῖν (praeterquam quod eius tyrannidem destruere possunt, partem quoque a nobis aliquam eius regionis accipere velint).

Unum restat compositum de quo dicam:

προλαμβάνειν εὐεργεσίαν παρά τινος 41, 62, 5; (Caesar ex Pompeianis πολὺ τούτους μᾶλλον ἐπῄνει, qui grato animo memores beneficiorum a Pompeio acceptorum eius rebus studuerant, τῶν εὐεργεσίαν μέν τινα παρὰ τοῦ Πομπ. προλαβόντων, ἐν δὲ δὴ τοῖς κινδύνοις αὐτὸν ἐγκαταλιπόντων). Hoc quoque loco vis praepositionis omnino cohaeret cum tota sententia; sermo enim est de iis militibus, qui a n t e a (ante pericula orta) a Pompeio beneficiis affecti erant, sed in ipso periculo ducem destituerant.

Quod igitur ex antiquioribus scriptoribus saepe constitutum est idem valere apparet e sermonis Dionei exemplis modo allatis: non exstare verbum quod magis cum praepositione παρὰ sociare amarint Graeci quam id quod est λαμβάνειν. Iam afferam cetera verba quae accipiendi notione praedita praepositionem παρὰ in Dionis libris assumunt, exemplis antiquiorum tum modo additis cum certa quadam de causa utile videbitur.

Primo loco verbum δέχεσθαι nomino, quod verbum saepius cum praepositione παρὰ coniunctum invenimus.

Sic 51, 21, 4: παρὰ τῶν πόλεων .... τὸ χρυσίον τὸ τοῖς

στεφάνοις προσῆκον οὐκ ἐδέξατο (ab urbibus aurum coronarium non accepit);

37, 51, 4: *τὰς εὐεργεσίας π. τῶν φαύλων ἀνδρῶν ἡδέως ἐδέχοντο* (beneficia a malis viris libenter accipiebant).

55, 25, 3: *παρὰ βασιλέων δήμων τε τινῶν ἐπαγγελίας ἐδέξατο* (promissa a regibus populisque quibusdam admisit).

48, 26, 4: *ἐδέξαντο παρ' αὐτοῦ φρουρούς* (praesidium ab eo acceperunt).

[40, 28, 2: *οὗτος γὰρ .... τῶν τε στρατιωτῶν .... διδόντων καὶ προσέτι καὶ παρ' αὐτοῦ ἐκείνου ἐθελοντὶ .... ἐπιτρέποντος οὐκ ἐδέξατο.* Sturzius in calce paginae editionis suae haec adnotat „*παρ'* ante *αὐτοῦ ἐκείνου* delendum videtur"; Boissevain in editione sua hac adnotatione libenter usus *παρ'* uncinis inclusit, id quod mihi quoque recte se habere videtur; immemor enim vocabulorum praecedentium atque intentus ad verbum *ἐδέξατο* praepositionem *παρὰ* adiunxisse videtur quidam; si autem inspicimus totam enuntiationem facile apparet arcte cohaerere utrumque genitivum absolutum *τῶν στρατ. διδόντων* atque *αὐτοῦ ἐκείνου ἐπιτρέποντος*, praesertim cum animum advertimus ad vocabulum copulandi vi praeditum *προσέτι*, ita ut superflua et molesta videatur praepositio *παρά*].

Sequuntur composita quaedam verbi *δέχεσθαι*:

43, 39, 2: *φρουρὰν παρ' αὐτοῦ ἐσεδέξαντο* (*ἐδέξαντο* nempe *ἐς τὴν πόλιν*).

74, 14, 6: *πάντες, παρὰ τοῦ πρὸ αὐτοῦ ὁ ἕτερος, τήν τε ἠχὴν καὶ τὴν φωνὴν διεδέχοντό τε καὶ παρεπέμποντο*; sermo est de septem *πύργοις* qui a porta Thracia in urbe Byzantio ad mare pertinebant; si quis primam earum turrium acclamasset sive lapidem iniecisset, ipsa sonum et voces reddebat, idque ipsum faciendum alteri tradebat; atque ita alia turris per vices a proxime antecedenti sonum vocemque acceptam ad aliam transmittebat.

Verbum *διαδέχεσθαι* itaque, quod vulgo de regno dicitur quod quis a decessore accepit veluti apud Polybium (9, 28, 8) aliosque, Antiphon etiam de *νόμοις* usurpat qui a dis atque

maioribus accepti sunt, hoc loco aliam habet notionem, nec tamen incognitam in verbis διελθεῖν, διαδιδόναι cett. Thucydides (1, 9, 1; 1, 20, 1) verbum simplex δέχεσθαι adhibet de rebus quas quis ab alio audivit, auribus percepit.

24, 1: παρ' ἐκείνου (sc. τοῦ συνήθους) .... οὐδὲν προσδέχονται; sequitur παρὰ τοῦ ξένου .... πᾶν ἐλπίζουσιν.

59, 16, 4: δεῖ καὶ ἐμὲ μηδὲν χρηστὸν παρ' ὑμῶν προσδέχεσθαι. Hisce exemplis facillime apparet significatio verbi προσδέχεσθαι; exspectandi enim sensus inest. Priore exemplo fere synonyma inter se sunt verba προσδέχεσθαι atque ἐλπίζειν (Nihil exspectant homines a re usitata, omnia autem sperant a re inusitata, peregrina). Sic altero exemplo „nihil boni mihi a vobis exspectandum".

41, 31, 3: τά τε ἐπιτήδεια παρ' ἑκουσίων σφῶν λαμβάνετε, καὶ τὰ γέρα παρ' ἑκόντων προσδέχεσθε. (Accipite ab iis res necessarias quas sponte sua vobis donabunt, munera quoque ultro vobis oblata ab iis accipite); verba λαμβάνειν atque προσδέχεσθαι sermonis variandi causa usurpata videntur, quamquam sane posterius verbum significatione exspectandi quoque praeditum intellegendum est.

Alio sensu nempe recipiendi occurrit 36, 10: ὑπεραυχήσαντες ὥστε μήτε κήρυκα ἔτι ἐπ' εἰρήνῃ παρὰ τῶν Σαυνιτῶν προσδέχεσθαι ψηφίσασθαι (tanto tumore elati ut ne pacis quidem praeconem a Samnitibus recipere decrevissent); hoc enim loco obiecti loco assumit verbum κήρυκα, personam itaque, dum ceteris locis res sive concreta sive abstracta obiecti vice fungitur. Praeterea hoc loco praepositio παρὰ arctius cohaeret cum substantivo κήρυκα quam cum verbo προσδέχεσθαι de qua re vid. § 4 initium.

Ex verbo δέχομαι formatum verbum δωροδοκεῖν cum praepositione παρὰ coniunctum occurrit 39, 60, 3: παρὰ τοῦ Γαβινίου δωροδοκήσειν προσδοκήσας. In hoc verbo animadvertendum videtur, praepositionem cum substantivo δώρῳ tum verbo δέχεσθαι com-

mendari; apud Atticos quoque oratores cum praepositione *παρὰ* coniunctum occurrere verbum *δωροδοκεῖν*, e. g. apud Hyperidem (Epitaph. § 10), Lysiam (21, 22). Aristophanes (Vesp. 669) *δωροδοκεῖν ἀ π ὸ τῶν πόλεων* usurpat, ni fallor, paulum diversa significatione, nempe „pecuniam accipere ex urbibus, non ab urbibus".

Sequitur de quo dicamus verbum *τυγχάνειν*. Cum variis obiectis usurpatum videmus, veluti:

βοηθείας π. αὐτῶν ἔτυχε 54, 11; cf. 37, 35, 2; 78, 39, 3;
οὐδενὸς ὅτου οὐ τεύξεσθαι π. αὐτοῦ 41, 26, 1; cf. 41, 35, 1;
τιμῶν π. τῆς βουλῆς τυχεῖν 59, 3, 7; cf. 67, 5, 3; 77, 19, 2 (*χρημάτων καὶ τιμῶν*); 78, 22, 3;
π. αὐτοῦ τοῦ Ἀντωνίου τῆς ἱερωσύνης καὶ τῆς σωτηρίας τυχὼν 46, 22, 5 (notanda sunt mire inter se iuncta vocabula);
τοῖς τῆς πολιτείας π. αὐτοῦ τυχοῦσιν 60, 17, 7;
παραμυθίου τινὸς π. ἑτέρου τυχεῖν 38, 18, 5;
συγγνώμης π. αὐτοῦ τεύξεσθαι 40, 41, 1; cf. 42, 32, 2; 51, 8, 5; 60, 33, 3c;

Coniunctum cum verbo *αἰτεῖν* occurrit 36, 15, 1: *παρὰ τοῦ Μαρκίου ἐπικουρίαν αἰτήσας οὐκ ἔτυχεν*, ubi ad utrumque verbum pertinere potest praepositio.

Antiquiores quoque scriptores praepositionem *παρὰ* adiungunt verbo *τυγχάνειν*, velut Xenophon (Cyrop. 2, 3, 8: *τιμῆς τ. παρά τινος*); Demosthenes (p. 1478, 4: *πάντων τῶν ἀγαθῶν τυγχάνειν π. ὑμῶν*; p. 571, 11: *τίνος ὀργῆς τετυχήκασι π. ὑμῶν*); aut aliam adhibent praepositionem, e. g. *πρὸς* (Pind. Pyth. 3, 186: *πρὸς μακάρων*), vel *ἐκ* (Soph. Ant. 665: *ἐπαίνου τ. ἔκ τινος*), vel *ὑπὸ* (Xen. Cyr. 1, 6, 10: *αἰδοῦς τ. ὑπό τινος*; Mem. 4, 8, 10: *ἐπιμελείας*; Hell. 5, 4, 31: *συγγνώμης*; Cyneg. 1, 11: *τιμωρίας*; Plato Gorg. p. 472 E: *δίκης*); saepius simplicem genitivum adhibent ad indicandam personam a qua quis accipit aliquid: *ταῦτα σοῦ τυχόντες* (Xen. Anab. 6, 6, 32).

Iam pergamus ad verbum *εὑρίσκεσθαι*, quod cum praepositione *παρὰ* coniunctum apud Cassium hisce occurrit locis:

78, 27, 4: *ἀργύριον ὃ κατ' ἔτος π. τῶν 'Ρωμαίων εὑρίσκετο, ἐλπίσαντος λήψεσθαι* (pecuniam, quam quotannis a Romanis consequi solebat, accepturum esse se sperans);

48, 41, 5: *οὐδὲν π. τῆς βουλῆς εὕρετο* (nihil a senatu impetravit);

39, 63, 2: *μηδὲν μέγα π. τοῦ Γαβινίου εὑρόμενοι* (nullum a Gabinio magnum manus acceperant);

63, 29, 5: *παρὰ Γάλβα οὐδὲν ὅ τι ἄξιον εἰπεῖν εὕρετο* (a Galba nihil admodum dignum meritis suis consecutus est);

25, 1: *τινὰ ὠφελίαν παρ' αὐτῶν εὑρήσεσθαι*;

78, 28, 2: *ἃ π. τοῦ Ταραύτου εὕρηντο*; cf. 78, 36, 2; (Hisce exemplis sermo est de commodis quibusdam quae quis ab alio consequitur).

Saepius apud Atticos scriptores dictionem *εὑρίσκεσθαί τι παρά τινος* usurpatam videmus; conferendi sunt hi loci:

Xen. Anab. 7, 1, 30: *ἀγαθόν τι εὑρ. π. τινος.* Lys. 13, 9 idem habet; 20, 36: *τὸ σωθῆναι εὑρ. π. τινος*; 2, 15: *οὐδὲν εὑρ. π. τινος*; Demosth. 20, 116: *μηδὲν εὑρ. π. τινος*; Isocr. 9, 14: *κακῶν ἀπαλλαγὴν*; Aesch. 3, 134: *τὴν σωτηρίαν*; Dem. 20, 60: *τι εὑρ. π. τινος*; 20, 79: *τὴν ἀτελείαν* (quae vox apud Cassium quoque invenitur postremo loco quem laudavimus, 78, 28, 2); addendus est locus Herodoteus (9, 28): *παρὰ δέ σφι εὕροντο παρὰ Παυσανιέω ἑστάναι .... τοὺς παρεόντας* (a Pausania impetraverunt ut ....), quocum conferenda verba quaedam psephismatis Demosthenis orationi (59, 104) additi: *μὴ ἔξεστι ἔτι 'Αθηναίῳ μηδενὶ γίγνεσθαι Πλαταιέων μὴ εὑρομένῳ παρὰ τοῦ δήμου τοῦ 'Αθηναίων.*

Thucydides non sine causa praepositionem *παρὰ* negligens aliam usurpat praepositionem nempe *ἀπό* (I. 31, 2: *ὠφελίαν τινὰ ἀπ' αὐτῶν εὑρίσκεσθαι*), iterumque aliam I. 58, 1 *ἐκ* (*ἔκ τε 'Αθηναίων οὐδὲν ηὕροντο ἐπιτήδειον*); apparet, ni fallor, manifesto auctorem magis de loco ipso quam de incolis cogitasse cum has praepositiones usurparet; quod mirum non est, cum animadvertamus primam significationem verbi quod est *εὑρί-*

σκεσθαι esse localem: „sibi alqd. invenire a l i c u b i". — Cassius noster uno loco praepositionem πρὸς cum genitivo adhibuisse videtur, 41, 42, 7: πρὸς τοῦ Πομπηίου τιμὰς εὕρετο, adductus ni fallor eorum verborum usu quae in passivo genere saepius praepositionem πρὸς cum genitivo coniunctam adsciscunt, e. g. τιμᾶσθαι πρός τινος 38, 23, 5; 47, 7, 1; 53, 23, 3. — Restant duo loci ubi emendatio adhibita vel adhibenda est, de quibus nunc dicamus necesse videtur:

64, 4, 1: στρατιῶται.... μηδεμίαν εὐεργεσίαν ὑ π ὸ τοῦ Γάλβα εὑρόμενοι atque

49, 29, 1: καί τι καὶ τοιόνδε π α ρ ὰ τ ῇ τ ύ χ ῃ εὕροντο (ita codd. LM).

Priore loco Bekkerus in calce paginae editionis suae „ἀπὸ?" habet, adductus ni fallor usu Thucydideo; si enim respexisset usum Dioneum potius inclinasset vir doctus ad praepositionem παρὰ qua reliquis locis excepto 41, 42, 7 (πρὸς) Cassius usus est; non ignoro sane multum distare literarum ductu ac compendiis vocabula ὑπὸ atque παρά, quare ego medelam adhibere nolim mutando ὑπὸ in παρά; necesse autem non habeo locum mutare, qui mihi recte se habere videatur; sicuti enim 41, 42, 7 praepositionem πρὸς adhibitam videmus, qua nostrum veri simile est de industria usum esse adductum usu verborum de quo supra dixi, quae saepius eam assumunt praepositionem, sic nostro loco fieri potuit ut praepositionem ὑπὸ adhiberet easdem secutus rationes quae Xenophontem impellerent ut τυγχάνειν αἰδοῦς ὑπό τινος diceret (Cyrop. 1, 6, 10), vel Platonem ut scriberet δίκης τυγχάνειν ὑπό τινος; substantivum enim εὐεργεσία, quocum coniuncta occurrit praepositio ὑπό, eiusmodi est ut passiva fere notio insit ita ut εὐεργεσίαν εὑρίσκεσθαι fere idem sit atque εὐεργετεῖσθαι; Cassius itaque de hac significatione deque hac verborum coniunctione cogitaverit cum praepositionem ὑπὸ usurpaverit.

Aliter res se habet altero quod laudavimus exemplo (49, 29, 1): π. τῇ τύχῃ εὕροντο. Collatis exemplis quibus praepo-

sitio *παρὰ* genitivo adiuncta invenitur, facile inclinamus ad emendationem Pflugkianam, qua *π. τῆς τύχης* legitur.

Occurrit sane verbum *εὑρίσκειν* cum praepositione *παρὰ* dativo adhibito, sed ibi (sicut in primo capite vidimus) localem habet significationem, quae nostro loco esse non potest.

In dialecto quae *κοινὴ* dicitur activum verbi quod est *εὑρίσκειν* cum praepositione *παρὰ* sequente dativo occurrit; legimus enim in Lucae Evangelio capite primo versu tricesimo: *εὗρες γὰρ χάριν παρὰ τῷ Θεῷ*, quibus verbis angelus adloquitur Mariam. Haec verba significare mihi videntur: Invenisti sive nacta es gratiam apud Deum, vel quod idem est hoc loco, in gratia es apud Deum. Itaque eo quoque loco localem fere significationem habet, quamquam sane aliquatenus inest vis separandi ita ut accedat ad praepositionem *παρὰ* cum genitivo coniunctam. Omnibus autem exemplis perspectis, emendationem Pflugkii ad nostrum locum libenter accipimus.

Verbum *ἐπαυρίσκεσθαι*, quod plerumque usurpatur a poetis atque ab Ionicis scriptoribus (Hippocrate aliisque), semel quoque apud Cassium invenitur, coniunctum cum praepositione *παρά*; haec sunt verba (52, 12, 2):

πᾶς γάρ τις φύσει καὶ αὐτὸς ἑαυτῷ ἀρέσκει, κἀγαθόν τι ἐπαυρέσθαι παρὰ τοῦ δοῦναι δυναμένου βούλεται· (Unusquisque natura sibi placet atque boni aliquid ab eo qui dare potest, adipisci vult). Apparet nostro loco quantopere Cassius praepositionem *παρὰ* adamaverit; ubique enim verbum *ἐπαυρίσκεσθαι* aliter usurpatur, sive coniunctum cum praepositione *ἀπὸ* sive cum mero genitivo. Herodotus semel usus est hoc verbo in malam partem adhibito (7, 180: *τάχα δ' ἄν τι καὶ τοῦ οὐνόματος ἐπαύροιτο*; fortasse etiam ex nomine fructum ceperit), ubi praepositio *παρὰ* adhiberi vix potuit, adiuncta substantivo *οὐνόματος*. Praeter exempla quae apud Homerum inveniuntur, laudo locum ex Andocide (Or. 2 § 2): *εἴ τι ὑμᾶς χρὴ ἀγαθὸν ἐμοῦ ἐπαυρέσθαι* (si vos oportet aliquid utilitatis ex me nancisci). Hippocrates saepius *ἐπαυρίσκεσθαί τί τινος* vel *ἀπό τινος* usurpat; cf. e. g. pag.

502, 5: ἐπαυρίσκεται τὸ σῶμα ἀπὸ τῆς κοιλίας, pag. 498, 29: ἐπαυρίσκεται ἀπὸ τοῦ σώματος e. a., quae exempla Stephanus in Thesauro affert. Thucydides non usurpavit verbum.

Aliud verbum accipiendi est κομίζεσθαι, quod bis apud Dionem usurpatum inveni:

8, 2: ὅσα παρ' ἑκόντων Λατίνων οὐκ ἠδυνήθη κομίσασθαι.

72, 3, 2: αἰχμαλώτους π. τῶν Βούρων κομισάμενος.

Habet verbum significationem accipiendi, impetrandi, consequendi; Lysias saepius eadem ratione adhibuit, e. g. 25, 6 (τιμὴν ἢ χάριν κομίσασθαι παρ' ὑμῶν), ibid. § 11; 29, 6 (οὐ κομιζόμενος παρ' αὐτῶν τὰ χρήματα).

Sequitur verbum ἀπέχειν quod semel apud Cassium legitur adposita praepositione παρὰ cum genitivo, nempe 42, 54, 3, ubi Caesar milites suos ita alloqui incipit: ἀπέχετε παρ' ἐμοῦ πάντα.

De verbo quod est ἀπέχειν pluribus nobis est dicendum, quia in Graecitate variis occurrit significationibus:

Primo loco transitive usurpatur proprio sensu apud Homerum ubi Athena Telemachum alloquitur: (ο 33) νῆα ἑκὰς νήσων ἀπέχειν i. e. navem procul ab insulis remotam habeas. Deinde translate significat: propulsare alqd. vel alqm. ab aliqua re (ἀπέχειν τί vel τινά τινος), quo oritur sensus arcendi, defendendi alqd. ab aliqua re (τί τινι). Vis praepositionis ἀπὸ clare perspicitur in Homerico exemplo (τ 572): ἥδε δὴ ἠὼς .... ἥ μ' Ὀδυσῆος οἴκου ἀποσχήσει, i. e. quae me ἀπὸ τοῦ Ὀδ. οἴκου ἀποσχήσει. Iam exsistit significatio separandi, amovendi. In pedestri sermone fere idem significat atque κωλύειν, impedire, prohibere alqm.

Sequitur altera significatio, nata ex prima, quamquam translate quidem et alio quodammodo sensu verbi quod est ἔχειν. Prima enim in significatione verbum simplex ἔχειν t e n e n d i sensu usurpatum vidimus, ita ut ἀπέχειν procul abstinere, removere, tenere e vicinitate alicuius rei significaret; altera autem de qua dicemus significatio respicit alteram significationem verbi ἔχειν nempe h a b e n d i, p o s s i d e n d i, ita

ut *ἀπέχειν* accepisse, recepisse, reportasse significare videatur. Licet vero cum notione praepositionis non pugnaret, immo optime conveniret eiusmodi compositio qua *ἀπέχω χάριν* significaret *ἔχω χάριν*, quae *ἀπό τινος* ad me venit, tamen huius usus exempla non extant. Sed in Novo Testamento alia significatio saepius invenitur; hic enim *ἀπ-έχειν* non significat *ἔχειν ἀπό τινος*, sed: *ἀπο* = *τελέως, ὅλως ἔχειν*. Versio nostra, quae „statenvertaling" dicitur, fere idem indicat verbis „zij hebben hun loon w e g", i. e. prorsus acceperunt. Legimus apud Matthaeum (6, vss. 2, 5 et 16): *ἀπέχουσιν τὸν μισθὸν αὐτῶν*, ubi hypocritae dicuntur mercedem suam recepisse (quia gloria apud homines quam quaerunt iis tamquam merces operum large tribuitur); sic apud Lucam (6 vs. 24): *ἀπέχετε τὴν παράκλησιν ὑμῶν* (consolationem vestram iam habetis, accepistis). In epistola quoque Pauli ad Philemonem vs. 15 haec legimus: *ἵνα αἰώνιον αὐτὸν* (sc. *Ὀνήσιμον*) *ἀπέχῃς* (ut aeternum eum haberes), et Philippenses (cap. 4 vs. 18) ita alloquitur Paulus: *ἀπέχω δὲ πάντα καὶ περισσεύω, πεπλήρωμαι δεξάμενος παρὰ Ἐπαφροδίτου τὰ παρ' ὑμῶν* (accepi omnia habeoque et abundo: repletus sum ab Epaphrodito accipiens quae a vobis sc. mihi sunt missa).

In LXX virorum versione Veteris Testamenti legimus primo libro Sacrae Scripturae (Gen. 43 vs. 23): *τὸ ἀργύριον ὑμῶν ἀπέχω* (pecuniam vestram totam accepi) et in Numerorum libro (32 vs. 19): *ἀπέχομεν τοὺς κλήρους ἡμῶν ἐν τῷ πέραν τοῦ Ἰορδάνου* (nostras accepimus sortes proprias in regione Transiordana).

Apud ethnicos quoque qui dicuntur scriptores verbum *ἀπέχειν* hoc sensu abunde accipiendi saepius occurrit: sic apud Plutarchum habemus (Them. c. 17): *τὸν καρπὸν ἀπέχειν*, (Solon. c. 22 in fine): *τὸν μισθὸν ἀπέχει*, apud Anon. poet. com. (Mein. IV. 679): *Ἀπέχω πάλαι, Φιλῖνε, π α ρ ὰ σοῦ τὴν χάριν*, apud alios ignotos poetas ex Anthol. Pal. ab Henrico Stephano laudatos: *τιμήν, κῦδος, χρέος ἀπέχειν*. In inscriptione Boeotica

apud Boeckh (vol. 3, p. 409, n. 4866, 2) legitur: ἀπέχω π α ρ ὰ σοῦ τὸ ἔνορμιν.

Diog. Laërt. (VII. § 100): καλὸν δὲ λέγουσι τὸ τέλειον ἀγαθόν, παρὰ τὸ πάντας ἀπέχειν τοὺς ἐπιζητουμένους ἀριθμοὺς ὑπὸ τῆς φύσεως, ἢ τὸ τελείως σύμμετρον. Origenes (vol. 3 p. 501 A): ἀπέχομεν τὸν ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων μισθόν. Aristides (vol, 2 p. 434): φάσκων ἀπέχειν ἅπαντα παρ' αὐτῶν.

Sufficiunt haec exempla, etsi plura praesto sunt ut loco Dioneo eandem significationem tribuamus: Omnia a me nacti estis sive accepistis. Itaque Cassius quoque ἀπέχω ita adhibuit ut ἀποτετελεσμένον τὸ ἔχειν ἔχω significet, si quidem recte de hac re disseruit Blassius (Gr. d. N. T. pag. 192: Perfectische Bedeutung hat bekanntlich ἀπέχω für ἀπείληφα).

Nuper quidem Blassio oblocutus Thumbius in Annalibus quibus nomen „Neue Jahrb. 1906, 4es Heft" pag. 255 scripsit:

„Während in den Gleichnissen der Homer-Sprache der sog. Aor. gnom. dazu herhalten muss, kann im N. T. das mit einer Praepos. zusammengesetzte Praesens (oder Imperf.) diesen Zweck erfüllen. Ich greife das merkwürdigste Beispiel heraus: Matth. 6: 2, 5, 16; ἀπέχουσι ist seiner Aktionsart nach mit einem ἔλαβον oder ἔσχον identisch, d. h. es ist ein Aoristpraesens, das die zu λαβεῖν oder σχεῖν gehörige Gegenwartsform bezeichnet. Und ich erinnre zum Schluss wieder daran, dass auch hier die Sprache der Papyri dem Verständnis der neutestamentlichen Form zu Hilfe kommt, denn in den Papyri quittiert man mit ἀπέχειν den Empfang eines Geldbetrags."

Sed quoquo modo res se habet, sive cum Blassio sive cum Thumbio facimus, verbum ἀπέχειν accipiendi sensu hisce locis praeditum esse satis superque constat.

De tertia significatione verbi ἀπέχειν vix opus est me dicere; d i s t a n d i enim sensus omnibus notus est; sic legimus, ut unum e multis afferam exemplum, apud Thucydidem (1, 63, 2): ἀπεῖχε δὲ ἑξήκοντα μάλιστα σταδίους.

Verba s u m e n d i non ita multa apud Cassium Dionem

reperiuntur; optime haec significatio illustratur hoc loco (48, 46, 2): τὰ γραμματεῖα τὰ τῆς συμβάσεως ἀνείλετο παρὰ τῶν ἀειπαρθένων (apud Vestales tabulae pactionis depositae erant; eas Caesar repetivit, abstulit, auferri iussit παρ' αὐτῶν; hisce verbis propria praepositionis vis servatur, nempe e vicinitate, a latere cuiusdam; fere „ex aede Vestae" vertere possumus, ita ut localis notio inhaerere videatur). Arctissime cohaerent verba exigendi, colligendi, eligendi (quae sumendi omnia habent significationem).

Exigendi verba hisce usurpantur locis:

47, 16, 5: τὸ δέκατον τῆς οὐσίας παρ' ἑκάστου σφῶν ἐπράχθη (decima pars bonorum ab unoquoque eorum exigebatur; ἐπράχθη passivum genus est medialis formae πράττεσθαι). Cassius Dio in huius verbi structura non multum ab antiquioribus declinavit, quorum usum paucis exemplis illustrabo. Activum πράττειν exigendi quoque sensu occurrit; legimus e. g. apud Demosthenem (p. 617, 24): διπλᾶς πράττοντες τὰς εἰσφοράς, cum duobus accusativis coniunctum apud Herodotum usurpatum videmus (3, 58): αὐτοὺς ἑκατὸν τάλαντα ἔπρηξαν, apud Xenophontem (Anab. 7, 6, 17): ἐὰν πράττητε αὐτὸν τὰ χρήματα. Cum praepositione παρὰ coniunctum apud Herodotum occurrit activum (1, 106): φόρον ἔπρησσον παρ' ἑκάστων τὸν ἑκάστοισι ἐπέβαλλον. Medium πράττεσθαι cum accusativo rei quae exigitur omissa persona legitur apud Herodotum (2, 126): πρήσσεσθαι ἀργύριον, apud Aristophanem (Thesm. 843): τόκον πράττοιτο, apud Platonem (p. 511 D): δύ' ὀβόλους, (p. 328 B): μισθοῦ ὃν πράττομαι, apud Demosthenem (p. 506, 19): φόρους πραττόμενοι. Cum accusativo personae, a qua exigitur aliquid, omissa re, occurrit apud Herodotum (5, 84): τοὺς .... Αἰγινήτας πρήσσεσθαι ἐκέλευον. Saepius cum duplici accusativo invenitur; apud Thucydidem e. g. (4, 65, 3): Εὐρυμέδοντα χρήματα ἐπράξαντο, (6, 54, 5; 8, 5, 5); apud Xenophontem (Mem. 1, 2, 5): τοὺς ἑαυτοῦ ἐπιθυμοῦντας οὐκ ἐπράττετο χρήματα, (1, 2, 60; 1, 6, 11); apud Platonem (p. 762 B): τὴν διπλασίαν

πραττέσθαι τὸν ὑποφεύγοντα, apud Demosthenem (p. 467, 2): πράττεται τοὺς παρ' αὐτοῦ σῖτον ἐξάγοντας τριακοστήν. Cum apud Thucydidem (8, 5, 5) legimus: φόρους ἀπὸ τῶν Ἑλληνίδων πόλεων πράσσεσθαι, cogitandum est de locali notione quae per praepositionem ἀπὸ optime redditur; Thucydides itaque de industria hac praepositione usus esse videtur.

Adiunctam praepositionem παρὰ apud Xenophontem atque Lysiam invenimus; Xenophon enim (Hell. 6, 2, 38) haec habet: χρήματα ἐπράξατο, τὰ μὲν παρ' ἑκόντων, τὰ δὲ παρ' ἀκόντων, Lysias (17, 3): παρ' αὐτῶν ἃ ὤφειλον πράξασθαι, (32, 24): παρὰ τῶν αὐτοῦ θυγατριδῶν τὸ ἥμισυ πράττεται. Haec itaque sufficiant exempla, quibus usus Dioneus illustratur. Sequuntur composita quaedam verbi quod est πράττειν quae exigendi habent significationem:

48, 39, 2: προῖκα μυριάδας ἑκατὸν παρ' αὐτῶν ἐ ξ έ πραξεν. (Id verbum quoque cum duplici accusativo coniunctum plerumque occurrit, velut apud Thucydidem (8, 108, 2): Ἁλικαρνασσέας πολλὰ χρήματα ἐξέπραξε). Apud Platonem quoque hoc verbum occurrit, nempe in Legibus (p. 774 B): μὴ ἐκπράξας δέ, αὐτὸς ὀφειλέτω, (p. 774 E): τοὺς ταμίας ἐκπράττειν ἑκάστοτε τοὺς τῆς Ἥρας ἢ παρ' αὐτῶν ἑκάστους τὴν ζημίαν ἐκτίνειν, atque apud Xenophontem (Laced. Respubl. 8, 4): ἔφοροι .... κύριοι ἐκπράττειν (sc. τὴν ζημίαν).

ἐ σ πράττειν saepius apud nostrum occurrere videbimus:

48, 41, 5: χρήματα πολλὰ παρὰ τῶν ἄλλων .... παρὰ τοῦ Ἀντιγόνου .... ἐσέπραξε.

49, 42, 3: χρυσίον πολὺ παρὰ τῶν δήμων ἐς τοὺς στεφάνους ἐσέπραττον.

53, 15, 3: τοὺς φόρους .... παρ' ὧν ἄρχουσιν ἐσπράσσουσιν.

56, 18, 3 idem habet quod 48, 41, 5;

59, 15, 5: τὰ δεδομένα .... παρ' αὐτοῦ τοῦ Κορβούλωνος ἐσπράξας.

79, 1, 1: δραχμὰς .... παρὰ τοῦ δήμου ἐσέπραξεν.

Cum accusativis rei et personae coniunctum vulgo occurrit, e. g. apud Isocratem (5, 146): τοσοῦτον πλῆθος χρημάτων εἰσπρά-

ξασα τοὺς συμμάχους. Dio hanc verbi structuram non usurpasse videtur, teste indice Sturzii, ubi nulla alia exempla laudantur nisi quibus praepositio παρὰ adhibita vel etiam, quibus persona a qua quid exigitur omissa est, e. g. 39, 59, 2; 43, 18, 2; 47, 14, 2; 53, 15, 6; 63, 21, 2 e. a. Cum locis Dioneis, quibus praepositionem παρὰ adhibitam vidimus, congruunt loci quidam Demosthenici (35, 44): ὥσπερ καὶ παρὰ τῶν ἄλλων εἰσπέπρακται, (56, 17): παρ' ἑτέρων εἰσπράττει ναυτικοὺς τόκους.

Verba colligendi notione sumendi praedita haec habemus:

79, 13, 4: συλλέγειν χρήματα παρ' αὐτῶν (quocum cf. Herod. 8, 112: συνέλεγε χρήματα π. Καρυστίων).

48, 49, 1:. ἐρέτας τὰ μὲν πρῶτα π. τῶν φίλων .... ἔπειτα δὲ καὶ π. τῶν αλλων .... δούλους συνέλεγεν.

(Hoc loco praepositio παρὰ ampliorem quandam habet significationem; non solum a b amicis aliisque sed fere ex aedibus vel e familia amicorum servos colligebat.)

ἀθροίζειν τι π. τινος cum variis obiectis occurrit:

48, 49, 1: χρήματα π. τῶν πολιτῶν .... ἤθροιζε.

51, 17, 6: χρήματα .... π. ἑκάστου τῶν .... ἠθροίσθη.

79, 12, 1: ἕδνα αὐτῇ π. πάντων τῶν ὑπηκόων ἤθροισε.

107, 1: π. ἐκείνων χεῖρά τινα .... ἀθροίσας ....

41, 55, 2: παμπληθεῖς π. τῶν .... ὑπηκόων .... ἠθροίκει.

His quoque locis praepositio παρὰ rectissime usurpatur, quia obiecta verbi ἀθροίζειν pecunia, dos, manus militum ab alio ad alium proficiscuntur colligendi actione.

ἀργυρολογεῖν aliquoties apud Cassium occurrit:

39, 12, 1: χρήματα π. τῶν Αἰγυπτίων, cf. 62, 18, 5;

44, 53, 3: συχνὰ π. ἰδιωτῶν τῶν τε δήμων καὶ τῶν βασιλέων.

49, 31, 4: πολλὰ π. τῶν συμμάχων.

Idem de hoc verbo valet quod de praecedenti ἀθροίζειν cui aliquatenus synonymum dici potest.

ἐκλέγειν bis habemus colligendi sensu:

42, 49, 1: πολλὰ χρήματα π. πάντων ἐκλέγων.

66, 8, 3: πολλὰ (sc. χρήματα) π. αὐτῶν ἐξέλεξε.

Apud Thucydidem (8, 44, 4), Demosthenem (19, 293), Aeschinem (1, 119) eadem constructio occurrit. Aliter apud Demosthenem (49, 49): ἐκ τῶν συμμάχων et saepius: quae praepositio exspectatur post verbum ἐκλέγειν; cum duplici accusativo apud Aeschinem (3, 113): οἱ Λοκροὶ τέλη τοὺς καταπλέοντας ἐξέλεγον.

Verbum συλᾶν (spoliare) usurpatum est in 63, 26, 4, ubi acerbe de pecunia qua templum exstructum est dicitur: παρὰ τῶν γυναικῶν ἐσεσύλητο. Nonnunquam cum duplici accusativo occurrit, velut apud Demosthenem (p. 616, 19):

τὴν θεὸν τοὺς στεφάνους σεσυλήκασι (cf. p. 756, 30);

Praepositio παρὰ hoc quoque loco rectissime adhibita est, quia τῷ συλᾶν τι παρά τινος res qua quis spoliatur e vicinitate illius personae removetur.

Passivum genus ita adhibetur ut res qua quis privatur accusativo exprimatur e. g. Dem. (p. 931, 21): σεσυλήμεθα τὰ ἡμέτερ' αὐτῶν ὑπὸ τούτων, Eurip. (Troad. 791): συλώμεθα σὴν ψυχὴν ἀδίκως μήτηρ κἀγώ, Soph. (Phil. 413): οὐ γὰρ ἄν ποτε ζῶντός γ' ἐκείνου ταῦτ' ἐσυλήθην ἐγώ, Isocr. (p. 119 d): συληθεὶς γὰρ Ἡρακλῆς τὰς βοῦς....

Cum accusativo personae et genitivo rei occurrit activo genere apud Euripidem (Hel. 669): τίς γάρ σε δαίμων ἢ πότμος συλᾷ πάτρας;

Deinde verba e l i g e n d i enumeranda videntur; duo tantum inveni cum praepositione παρὰ coniuncta, nempe ἐπιλέγεσθαι (Med.) atque ἐκλέγειν (Pass. ἐκλέγεσθαι). Accuratius inspiciendus est locus quo medium occurrit:

52, 19, 2: τοὺς ἀρίστους.... ἀντεσάγαγε, μὴ μόνον ἐκ τῆς Ἰταλίας ἀλλὰ καὶ παρὰ τῶν συμμάχων.... ἐπιλεξάμενος, quoniam 52, 40, 1 verbum ἐπιλέγεσθαι cum praepositione ἐκ coniungitur: σε ἐκ πάντων ἐπελέξατο. Quid intersit inter utrumque locum, patet. Priore loco de industria Cassius Dio praepositi-

onem παρὰ adhibuisse videtur adductus praecedenti praepositione ἐκ quae cum nomine regionis coniuncta eatenus differt a praepositione παρὰ quae cum personis coniungi amat. Sed altero loco (52, 40, 1) praepositio ἐκ recte se habet, quia ibi inest verbo ἐπιλέγεσθαι significatio eximendi e numero quodam hominum et opponuntur fere σὲ et πάντες illi: ex omnibus te.

Addam aliquot locos ex antiquioribus scriptoribus ubi verbum ἐπιλέγεσθαι cum simplici genitivo coniunctum legitur, nempe:

Herod. 3, 157: ἐπιλεξάμενος τῶν Βαβυλωνίων ἐξήγαγε.

Thuc. 7, 19: τῶν τε Εἱλώτων ἐπιλεξάμενοι τοὺς βελτίστους καὶ τῶν νεοδαμώδων.

Dionys. Ant. Rom. 9, 57: ἐπιλεξάμενος τῶν ἱππέων τοὺς κρατίστους ....

Postremis sane locis duobus genitivus ab obiecto (superlativo) pendere videri potest, ita ut genitivus partitivus qui dicitur haberi possit, nec quidquam obstat quominus primo quoque exemplo genitivus quamvis a verbo ἐπιλέγεσθαι pendens pro partitivo habeatur. Loco Dioneo autem omissa praepositione genitivus facile cum superlativo ἀρίστους coniungeretur, id quod non voluit Cassius; itaque ut plane significaret quid vellet, scilicet e numero vel e vicinitate sociorum aliquot eligi, praepositionem παρὰ expressis verbis adhibuit.

Verbum ἐκλέγεσθαι eligendi sensu passivo genere occurrit 50, 16, 1, ubi milites strenui dicuntur ἄνθος καὶ παρὰ τῶν ὑπηκόων καὶ παρὰ τῶν συμμάχων ἐξειλεγμένον (flos ex subditis atque ex sociis delectus); praepositio παρὰ hic quoque indicat motum a sociis profectum eligendo ortum.

Iam restant duo verba quae sumendi notionem habere videntur; sunt verba medialis formae προστίθεσθαι atque ἐπιτίθεσθαι.

42, 29, 3: ἵνα παρὰ τῆς γερουσίας τὰ ὅπλα καὶ τὴν ἐξουσίαν .... προστεθεῖσθαι νομισθείη.

53, 16, 6: *τὸ τοῦ Αὐγούστου ὄνομα παρὰ τῆς βουλῆς καὶ παρὰ τοῦ δήμου ἐπέθετο.*

Deinceps videamus utrumque locum:

Verbum *προστίθεσθαι* sibi assumendi significatione praeditum saepius apud nostrum occurrit, velut:

τὴν ἐξουσίαν τῶν δημάρχων .... *προσέθετο* 42, 20, 3; cf. 53, 17, 10; 55, 13, 5;

τὸ τοῦ αὐτοκράτορος ὄνομα .... *προσέθετο* 51, 25, 2: cf. 56, 17, 1; 59, 3, 1; 60, 3, 2; ne plures laudem locos, ubi alia obiecta (velut *δόξα, ἡδονή, πρόσρησις*) cum verbo *προστίθεσθαι* coniuncta occurrunt.

Nostro itaque loco propriam vim et singularem praepositio *παρὰ* servasse videtur; non enim illud verbum addita praepositione *παρὰ* simpliciter significat accepisse Antonium copias a senatu, sed ipsum sibi assumpsisse, a parte senatus sive auctoritate sive facultate recepta; quae notio praepositionis insigniter illustratur alio verbi *τίθεσθαι* composito. Legitur enim in altero quod dedimus exemplo (53, 16, 6): *τὸ τοῦ Αὐγούστου ὄνομα παρὰ τῆς βουλῆς* .... *ἐπέθετο.*

ἐπιτίθεσθαι ὄνομα (*πρόσρημα, ἐπίκλησιν*) saepius apud nostrum invenitur; legimus e. gr. 52, 41, 3: *τὴν τοῦ αὐτοκράτορος ἐπίκλησιν ἐπέθετο*, 55, 10a, 7: *τὸ ὄνομα τὸ τοῦ αὐτοκράτορος ἐπέθετο*, 45, 24, 2: *τὸ ὄνομα τὸ τοῦ δικτάτορος οὐκ ἐπιτέθειται*, 57, 8, 1: *τὸ τοῦ Αὐγούστου πρόσρημα ἐπέθετο*, 64, 8, 2[1]: *τὸ ὄνομα αὐτοῦ αὐτῷ ἐπέθετο.*

Nomen sibi imponere, nomen assumere dictatoris, Augusti non cuivis licebat; nostro exemplo illustratur, a cuius parte concedatur munus illud honorificum, nam sibi imposuit Caesar nomen Augusti a parte senatus populique Romani auctoritate recepta.

Postremo hic collocandum videtur exemplum 56, 25, 6: *τινὲς μαρτυρίας παρ' αὐτῶν καὶ ἐπαίνους προπαρασκευαζόμενοι* .... nonnulli testimonia atque laudes sibi comparantes antequam imperio decederent: quo loco praepositio *παρὰ* praesertim verbo

προπαρασκευάζεσθαι cui generi medio inest notio sumendi, colligendi sibi ipsi, regitur, dum substantiva vim suam addunt usui praepositionis *παρά*.

Verba e m e n d i deinde enumeranda sunt de quibus pauca disseramus. Saepissime cum *παρὰ* coniuncta occurrunt apud multos scriptores, e. g. apud Herodotum *ὠνεῖσθαί τι παρά τινος* (5, 6; 9, 89), *πρίασθαι* (9, 94); apud Lysiam (7, 4; 22, 8), apud Xenophontem (Hell. 3, 2, 30; de Vectig. 4, 19) aliosque.

Cassius Dio haec habet verba:

ἀ γ ο ρ ά ζ ε ι ν (38, 1, 4): *οὔτε π. ἄκοντος τινος.... π. ἑκόντων ἀγορασθῆναι.* — *ἀγοράζειν τι παρά τινος* apud Isocratem quoque legimus (2, 54) et Polybium (3, 42).

ὠ ν ε ῖ σ θ α ι (60, 17, 5): *τὴν πολιτείαν π. τῆς Μεσσαλίνης ὠνοῦντο.* Cum praepositione *παρὰ* coniunctum verbum *ὠνεῖσθαι* apud alios quoque scriptores invenitur, e. g. apud Platonem (legg. p. 849 C): *μήτε τις πωλείτω μήτε ὠνείσθω π. τοιούτου μηδεὶς μηδενὸς* (cf. p. 313 E); apud Demosthenem (18, 32): *παρ' αὐτῶν ὠνεῖται* (cf. 59, 29; 9, 48; 19, 300; saepissime), apud Plutarchum (Mor. p. 171 C). Cum praepositione *ἀπὸ* coniunctum occurrit apud Achillem Tatium (qui multo post nostrum vixit) (5, 17): *τοσούτου με ἀπὸ τῶν λῃστῶν ἑωνήσατο.* Cum dativo Aristophanes hoc verbum coniunxit duobus locis nempe Ach. 815: *ὠνήσομαί σοι* (sc. *τὰ χοιρίδια*) et Pac. 1261: *τούτῳ γ' ἐγὼ τὰ δόρατα ταῦτ' ὠνήσομαι*, quibus locis d a t i v u s idem est atque *παρὰ* cum genitivo. Xenophon denique praepositionem *ἐκ* et genitivum loci addidit verbo *ὠνεῖσθαι* in Hell. 7, 2, 17: *τὰ δ' ἐκ Κορίνθου ὠνούμενοι.*

π ρ ί α σ θ α ι (78, 6, 3): *πολλὰ π. τῶν.... ἀνθρώπων ἐπρίατο,* cf. Isocr. 16, 1: *πριάμενος τὸ ζεῦγος παρὰ τῆς πόλεως.* Isaeus 5, 21: *οἱ π. τούτου πριάμενοι.* Dem. 59, 72: *τὴν ἀρχὴν π. αὐτοῦ πριάμενος,* cf. 37, 16; 59, 33; 37, 12; 37, 37; 9, 38; 29, 7; 59, 20. Xen. Hell. 3, 2, 30: *πρίασθαι τὴν χώραν π. τῶν τότε ἐχόντων τὴν πόλιν.* Cum praepositione *ἀπὸ* coniunctum

verbum legimus apud Cassium Dionem (fr. 46, 1): *ἀίδιον φιλίαν ἀπ' αὐτῶν ἐπριάμεθα.*

Cum dativo habemus apud Aristophanem bis (Ach. 812: *πόσου πρίωμαί σοι τὰ χοιρίδια; λέγε.* Ran. 1229: *ἐγὼ πρίωμαι τῷδ'*); sicut supra vidimus in verbo *ὠνεῖσθαι.*

ἐκπρίασθαι (62, 28, 4): *τὴν σωτηρίαν π. τοῦ Τιγελλίνου ἐκπριάμενοι,* (75, 5, 4): *τὴν εἰρήνην π. τῶν Μαιατῶν ἐκπρίασθαι.* cf. Isocr. 3, 22: *παρὰ δὲ τῶν ἐκπρίασθαι.* Animadvertendum est id quod ipse Cassius scripsit 36, 38, 3: *καὶ πρὸς ἑνὸς καὶ πρὸς ἑτέρου τινὸς ἐξεπρίατο τὸ μὴ κατηγορηθῆναι,* quae verba de Pisone reo dicta significant ipsum effecisse a parte unius alteriusque cuiusdam ne causam diceret.

προσεκπρίασθαι: *χώραν π. Καμπανῶν* (49, 14, 5); Quibus verbis finitimum habet sensum *δανείζεσθαι* (42, 50, 2): *οὐχ ὅτι π. τῶν ἰδιωτῶν, ἀλλὰ καὶ π. τῶν πόλεων.* cf. Plut. Solon c. 15: *ἐδανείσαντο συχνὸν ἀργύριον π. τῶν πλουσίων*; Isocr. 17, 35: *π. Στρ. ἐδανεισάμην τριακοσίους στατῆρας*; cf. 17, 38; Dem. 49, 14 et 15; 50, 44; 56, 6 saepissime; Plato Tim. p. 42 E.

Occurrit quoque verbum *ἐργολαβεῖν* quod apud nostrum conducendi, redimendi sensum habet: (53, 15, 5): *ἐργολαβοῦντές τινες π. τοῦ δημοσίου πάντα σφίσι τὰ πρὸς τὴν ἀρχὴν φέροντα παρεῖχον.* (59, 15, 4): *τοὺς ἐργολαβήσαντάς τι π. αὐτῶν .... ἐζημίου.* Nullum inveni exemplum hisce simile. *Ἀλλάττεσθαι*, commutare, semel quoque invenitur (52, 43, 2): *τὴν Καπρίαν π. τῶν Νεοπολιτῶν .... ἀντιδόσει χώρας ἠλλάξατο,* quae verba ita explicanda sunt ut significent: *τὴν Καπρίαν π. τῶν Νεοπ. ἔλαβε, ἀντιδοὺς αὐτοῖς ἄλλην χώραν ἀλλαξάμενος ἀντὶ τῆς Καπρίας.*

Sequuntur duo verba (*λύεσθαι* atque *ῥύεσθαι*) quae cum praepositione *παρὰ* coniuncta novitatem quandam afferunt in usu praepositionis *παρὰ* Dioneo. Vulgo enim his verbis additam invenimus praepositionem *ἐκ,* quae propriam vim localem in his verbis servat; sic legimus apud Demosthenem (19, 229):

τοὺς αἰχμαλώτους ἐκ τῶν ἰδίων ἐλύσατο; cf. 19, 222; (18, 268): εἴ τινας ἐκ τῶν πολεμίων ἐλυσάμην; cf. 53, 11; (in epistula 3, 10 quae Demostheni adscribitur legitur: παρ' ἑτέρων λύσασθαί τινας).

Verbum ῥύομαι apud Herodotum saepius occurrit sive absolute cum simplici obiecto (4, 135; 6, 7; 5, 100; 7, 154; 7, 217; 3, 119; 8, 114 e. a.), sive cum mero genitivo coniunctum (1, 86: ῥύσεται τοῦ μὴ ζώοντα κατακαυθῆναι) sive cum praepositione ἐκ (5, 49: ῥύσασθε Ἴωνας ἐκ δουλοσύνης; cf. 9, 90; contra 9, 76: ῥῦσαί με αἰχμαλώτου δουλοσύνης).

Apud alios scriptores varie usurpatur hoc verbum; legimus enim apud Hippocratem (p. 819 H): ῥύεσθαι τῆς ἐκθηλύνσιος, apud Euripidem (Alc. 770): κακῶν γὰρ μυρίων ἐρρύετο, (Ion. 165): τόξων ῥύσαιτ' ἄν; (Or. 1563) autem: παῖδ' ἐμὴν ῥυσώμεθ' ἀνδρῶν ἐκ χερῶν μιαιφόνων.

Denique notas illas preces laudabimus, quas Matthaeus (6 vs. 13) nobis scripsit: ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ, quo loco quod ad verba ipsa attinet genitivus masculini generis intellegi potest; saepius enim in Novo Testamento ῥύεσθαί τινα ἀπό τινος dicitur pro παρά τινος (ubi de personis sermo est, quibus quis ut liberetur orat), e. g. Rom. 15, 31: ἵνα ῥυσθῶ ἀπὸ τῶν ἀπειθούντων ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ; 2 Thess. 3, 2: ἵνα ῥυσθῶμεν ἀπὸ τῶν ἀτόπων καὶ πονηρῶν ἀνθρώπων.

Apud nostrum hi sunt loci quibus occurrunt verba λύεσθαι et ῥύεσθαι:

38, 30, 5: αὐτὸν παρὰ τῶν καταποντιστῶν οὐκ ἐλύσατο (a piratis eum non redemit) et

38, 15, 5: ὥστε τοὺς μὲν παρὰ τῶν δικαστῶν τοὺς δὲ καὶ παρὰ τῶν κατηγόρων ῥύεσθαι (ita ut alios eriperet periculo quod a iudicibus, alios periculo quod ab accusatoribus imminebat).

Optime Cassius praepositionem παρὰ hisce locis adhibuit; non solum significatur redemptio ex loco quodam sive e media turba virorum, sed per praepositionem παρὰ indicat scriptor, aliquem eripi periculo quod a parte piratarum vel iudicum accusatorumve imminet; locutio itaque liberior, incertior, magis denique

verbum legimus apud Cassium Dionem (fr. 46, 1): ἀίδιον φιλίαν ἀπ' αὐτῶν ἐπριάμεθα.

Cum dativo habemus apud Aristophanem bis (Ach. 812: πόσου πρίωμαί σοι τὰ χοιρίδια; λέγε. Ran. 1229: ἐγὼ πρίωμαι τῷδ'); sicut supra vidimus in verbo ὠνεῖσθαι.

ἐ κ π ρ ί α σ θ α ι (62, 28, 4): τὴν σωτηρίαν π. τοῦ Τιγελλίνου ἐκπριάμενοι, (75, 5, 4): τὴν εἰρήνην π. τῶν Μαιατῶν ἐκπρίασθαι. cf. Isocr. 3, 22: παρὰ δὲ τῶν ἐκπρίασθαι. Animadvertendum est id quod ipse Cassius scripsit 36, 38, 3: καὶ πρὸς ἑνὸς καὶ πρὸς ἑτέρου τινὸς ἐξεπρίατο τὸ μὴ κατηγορηθῆναι, quae verba de Pisone reo dicta significant ipsum effecisse a parte unius alteriusque cuiusdam ne causam diceret.

π ρ ο σ ε κ π ρ ί α σ θ α ι: χώραν π. Καμπανῶν (49, 14, 5); Quibus verbis finitimum habet sensum δ α ν ε ί ζ ε σ θ α ι (42, 50, 2): οὐχ ὅτι π. τῶν ἰδιωτῶν, ἀλλὰ καὶ π. τῶν πόλεων. cf. Plut. Solon c. 15: ἐδανείσαντο συχνὸν ἀργύριον π. τῶν πλουσίων; Isocr. 17, 35: π. Στρ. ἐδανεισάμην τριακοσίους στατῆρας; cf. 17, 38; Dem. 49, 14 et 15; 50, 44; 56, 6 saepissime; Plato Tim. p. 42 E.

Occurrit quoque verbum ἐ ρ γ ο λ α β ε ῖ ν quod apud nostrum c o n d u c e n d i, r e d i m e n d i sensum habet: (53, 15, 5): ἐργολαβοῦντές τινες π. τοῦ δημοσίου πάντα σφίσι τὰ πρὸς τὴ[ν] ἀρχὴν φέροντα παρεῖχον. (59, 15, 4): τοὺς ἐργολαβήσαντάς τι π[.] αὐτῶν .... ἐζημίου. Nullum inveni exemplum hisce simile. Ἀ[λ-] λ ά τ τ ε σ θ α ι, commutare, semel quoque invenitur (52, 43, 2[)]: τὴν Καπρίαν π. τῶν Νεοπολιτῶν .... ἀντιδόσει χώρας ἠλλάξα[το] quae verba ita explicanda sunt ut significent: τὴν Καπρίαν τῶν Νεοπ. ἔλαβε, ἀντιδοὺς αὐτοῖς ἄλλην χώραν ἀλλαξάμενος ἀ[ντὶ] τῆς Καπρίας.

Sequuntur duo verba (λύεσθαι atque ῥύεσθαι) quae cum pr[ae-] positione παρὰ coniuncta novitatem quandam afferunt in praepositionis παρὰ Dioneo. Vulgo enim his verbis addi[tam] invenimus praepositionem ἐκ, quae propriam vim locale[m] his verbis servat; sic legimus apud Demosthenem (19, 2

Arr. Anab. 1, 1, 2: *αἰτεῖν παρ' αὐτῶν τὴν ἡγεμονίαν.*

Plutarchus saepius ita hoc verbum usurpavit.

Apud Arrianum (Anab. 6, 15, 5) haec habemus: *οὔτε τι ᾐτήκει ἐξ Ἀλεξάνδρου.*

Theognis (556) praepositione *πρὸς* usus est: *πρὸς .... θεῶν αἰτεῖν ἔκλυσιν ἀθανάτων.*

Medium genus *αἰτεῖσθαι* fere semper praepositionem *παρὰ* adsciscit ita ut *αἰτεῖσθαί τι παρά τινος* occurrat multis locis e quibus pauca afferam:

Xen. Cyr. 1, 6, 5: *αἰτεῖσθαι τἀγαθὰ παρὰ τῶν θεῶν.*

Xen. Anab. 2, 3, 18: *παρὰ βασιλέως αἰτήσασθαι δοῦναι ....*

Xen. Hell. 3, 1, 4: *ᾐτήσατο παρ' Ἀθηναίων τριακοσίους ἱππέας.*

Andoc. de myst. 149: *ὑμεῖς με παρ' ὑμῶν αὐτῶν αἰτησάμενοι σώσατε.* cf. Apollod. 2, 1, 3; 3, 6, 8; Dio Chrys. or. 32 p. 381 et alibi saepe.

Raro cum praepositione *ἀπὸ* coniunctum occurrit, e. g. apud Plutarchum (Galba 20): *τὰ μὲν αἰτούμενος ἀπὸ αὐτοκράτορος.*

Obiectum saepius totum enuntiatum complectitur coniunctione antecedente, e. g. Apollod. 1, 9, 15: *ᾐτήσατο παρὰ Μοιρῶν ἵνα .... ἀπολυθῇ τοῦ θανάτου.* Sed haec aliaque quae de hoc verbo possunt dici, ad praepositionum usum minime pertinent, quamobrem ea mitto.

b) Quod ad ipsius Cassii Dionis usum verbi *αἰτεῖν* attinet, haec sunt quae dicere habeo: Absolute usurpatum videmus hic illic obiecto omisso nec persona addita a qua quid petitur, e. g. fr. 18, 5: *διαλαχεῖν τὸν σῖτον ὥσπερ ᾔτουν.* Adposito obiecto, omissa autem persona saepius legitur, e. g. fr. 104, 4: *γράμματα ᾔτει.* Cum duobus accusativis raro invenitur: in legendo hunc adnotavi locum (71, 33, 2): *χρήματα ᾔτησε τὴν βουλήν.* Saepissime autem *αἰτεῖν τι παρά τινος* (aliam praepositionem non inveni) legitur, nempe:

fr. 57, 14: *χρήματα καὶ στρατιώτας π. αὐτῶν ᾔτει.*

49, 33, 4: *στρατιώτας π. τοῦ ἀδελφοῦ ᾐτήκει.*

47, 17, 6: *τὴν τῆς Ἀττίας οὐσίαν π. αὐτοῦ τοῦ Καίσαρος αἰτῆσαι.*

60, 31, 7: αἰτῆσαί τινα π. αὐτοῦ.

75, 14, 3: πάντα π. πάντων ᾔτει.

38, 32, 2: ἐπικουρίαν π. αὐτοῦ ᾔτουν.

(cf. 36, 15, 1: π. τοῦ Μαρκίου ἐπικουρίαν αἰτήσας οὐκ ἔτυχεν, ubi praepositio παρὰ cum utroque verbo αἰτήσας atque ἔτυχεν cohaeret).

fr. 89, 4: Φρουρὰν .... αἰτήσας π. αὐτοῦ ἔλαβεν et

37, 46, 2: Φρουρὰν π. τῆς βουλῆς καὶ αἰτησάντων καὶ λαβόντων, quibus locis idem valet quod modo de 36, 15, 1 dictum est.

67, 5, 2: αἰτοῦντες συμμαχίαν π. Δομιτιανοῦ.

55, 10, 21: τὴν βασιλείαν π. αὐτοῦ ᾔτησε.

59, 10, 1: π. τῆς βουλῆς τοῦτο αἰτήσας.

66, 18, 3: παρ' ἄλλου τι αἰτεῖν.

[69, 10, 3a: πολλὰ π. ἐμοῦ αἰτήσασα Petr. Patr.]

56, 30, 4: κρότον τινὰ π. αὐτῶν αἰτήσας.

(cf. Dem. 19, 195: κρότον καὶ θόρυβον καὶ ἔπαινον π. πάντων γενέσθαι).

69, 16, 3: π. ἐμοῦ αἰτεῖν ἵνα .... δοῦλον ἐλευθερώσω.

Medium genus αἰτεῖσθαί τι παρά τινος apud Cassium non ita multis locis invenimus; fr. 40, 7 haec habent codices: Φρουρὰν ᾐτήσαντο παρὰ Ῥωμαίοις, de quo loco iam in primo capite opusculi (pag. 23) diximus sententiam. Neque autem praepositiones aliae huic verbo additae neque locutio αἰτεῖσθαί τινά τι apud nostrum occurrere videtur. Iam dabimus locos ubi αἰτεῖσθαί τι παρά τινος legitur; duo sunt genera nempe:

a) ubi obiectum exprimitur substantivo:

48, 42, 5: εἰκόνας π. τοῦ Καίσαρος ᾐτήσατο.

60, 17, 5: τὴν πολιτείαν π. αὐτοῦ ᾐτοῦντο.

b) ubi obiectum toto enuntiato complectitur:

56, 32, 1: π. τῆς βουλῆς ᾐτήσατο τοσοῦτον αὐτῇ .... καταλιπεῖν δυνηθῆναι, 56, 26, 2: ᾐτήσατο π. αὐτῶν μήτ' οἴκοι αὐτὸν ἀσπάζεσθαι μήτ' ἀγανακτεῖν εἰ μηκέτι συσσιτοίη σφίσι, 58, 18, 5: ᾐτήσατο π. τῆς βουλῆς .... ἀρκεῖν οἱ τόν τε Μάκρωνα καὶ

χιλιάρχους ἐς τὸ συνέδριον ἐσάγεσθαι, 61, 10, 4: αἰτήσασθαι π. αὐτοῦ μήτε φιλεῖν αὐτὸν μήτε συσσιτεῖν αὐτῷ.

De compositis verbi quod est αἰτεῖν nunc videamus. Primo loco ἀπαιτεῖν enumerandum est; apud antiquiores scriptores, apud Atticos praesertim, hoc verbum cum duobus accusativis coniunctum occurrit, quamquam sane praepositio παρὰ cum genitivo hic illic invenitur. Pauca afferam exempla cum ex poetis tum ex scriptoribus qui usi sunt pedestri sermone:

Aristoph. Nub. 1247: οὗτος ἀπαιτῶν με τἀργύριον.

Eur. Phoen. 601: σὲ δεύτερον ἀπαιτῶ σκῆπτρα.

Eur. Hel. 963: ἀπαιτῶ τὴν ἐμὴν δάμαρτά σε.

Aristoph. Av. 554: τὴν ἀρχὴν τὸν Δί' ἀπαιτεῖν.

Herod. 8, 122: ἀπαίτεε αὐτοὺς τὰ ἀριστήϊα.

Plato Phaedr. p. 241 A: αὐτὸν χάριν ἀπαιτεῖ.

Xen. Anab. 2, 5, 38: ὑμᾶς βασιλεὺς τὰ ὅπλα ἀπαιτεῖ.

Xen. Anab. 7, 6, 2: σὲ ἀπαιτήσουσι τὸν μισθόν.

Isocr. 18, 67; Dem. saepissime e. g. 8, 34; 33, 35; 49, 23; 49, 49; 49, 32; 49, 64; 49, 16; 47, 36 e. a.

Diod. 16, 56: λόγον τοὺς κεχειρικότας ἀπήτουν.

Andoc. de myst. 147: ἀπήτησεν ὑμᾶς χάριν τῶν ἔργων.

Sicut supra diximus, interdum praepositio παρὰ cum hoc verbo coniungitur, e. g. apud Lucianum (Dial. mort. 4, 2): ἀπαιτῶν τὰ ὀφειλόμενα παρὰ σοῦ, (Tyrannic. cap. 15): ἢ ἔτι ἀπαιτεῖς παρ' ἐμοῦ τὸν φόνον, (Hermot. c. 80): ἀπαιτῶν παρά τινος τῶν μαθητῶν τὸν μισθόν, apud Diodorum (11, 66): ἀπαιτῆσαι λόγον παρὰ Μικύθου, apud Isocratem (11, 31): ταῦτα παρὰ τῶν ἄλλων ἀπαιτεῖν, (15, 202): ταύτας ἀπαιτεῖν παρὰ ταύτης, apud Demosthenem (18, 245): ταῦτ' ἀπαιτεῖς παρ' ἐμοῦ. Pausanias quoque alicubi haec habet: οἱ Ἠλεῖοι δίκας τοῦ φόνου παρ' Ἀργείων ἀπήτουν.

Omnibus locis ubi praepositio adhibetur, praepositionem παρὰ usurpatam videmus; haec itaque praepositio aptissima videtur verbo de quo dicimus, fere semper occurrit praeter unum locum ubi praepositionem ἐκ legimus; Aeschylus enim (Choeph.

398): *δίκαν δ' ἐξ ἀδίκων ἀπαιτῶ* habet, ubi praepositio *ἐκ* exquisitius adhibita est.

Apparet igitur, ni fallor, praepositionem *παρὰ* rarius apud antiquiores scriptores additam esse verbo *ἀπαιτεῖν*, contra saepissime occurrere duos accusativos. Nunc Cassium nostrum inspiciamus, ut videamus quantopere hac in re a ceteris differat scriptoribus.

Semel tantum apud Dionem duos inveni accusativos additos verbo *ἀπαιτεῖν*, nempe 38, 34, 5: *τοὺς ὁμήρους ἀπήτησεν αὐτόν*, sed saepissime praepositionem *παρὰ* adhibitam videmus; hi sunt quos inveni loci:

fr. 5, 4: *οἱ π. τῶν κρειττόνων ἀπαιτοῦντές τινα.*

fr. 54, 8: *πάνθ' ὅσα ἀπῄτει π. αὐτῶν.*

fr. 57, 31: *π. τῶν ἀρχομένων οὐ πάντα .... ἀπῄτει.*

48, 30, 2: *ἀπῄτουν π. αὐτοῦ τὰ χρήματα.*

63, 14, 1: *μυριάδας π. αὐτῶν ἀπῄτησεν.*

(71, 12, 2: *χρήματα π. αὐτοῦ λαβεῖν καὶ χώραν ἀπαιτῆσαι*, ubi praepositio *παρὰ* ad utrumque verbum *λαβεῖν* et *ἀπαιτῆσαι* pertinere videtur).

39, 12, 2: *τὴν Κύπρον ἀπαιτῆσαι π. τῶν Ῥωμαίων.*

fr. 111, 1: *τοὺς αὐτομόλους ἀπῄτησαν π. αὐτῶν.*

58, 5, 3: *τὰ δεξιώματα* (salutationes) *ἀπαιτοῦσι π. αὐτῶν.* 44, 23, 2: *εὐθύνας π. αὐτῶν καὶ τῆς τύχης ἀπαιτήσομεν.* fr. 57, 81: *λόγον ἀπῄτουν π. αὐτοῦ*, quocum cf. Dem. 8, 34: *λόγον ὑμᾶς ἀπαιτήσειαν.*

Sequitur alterum compositum *ἐξαιτεῖν*, quod semel apud Cassium cum praepositione *παρὰ* coniunctum occurrere videtur, nempe 68, 12, 4: *τὸν ἀπελεύθερον π. τοῦ Τραϊανοῦ ἐξῄτησε.* Cum solo accusativo personae coniunctum saepius occurrit apud multos scriptores, quem usum Dio quoque novit; cum duobus accusativis saepius apud Demosthenem (e. g. 30, 35; 29, 17; 46, 21; 59, 125) legitur, nusquam tamen apud eundem cum praepositione *παρὰ* ni fallor, nisi forte medium genus coniunctum cum verbo *λιπαρεῖν* excipimus; legimus enim 21, 208: *ἐξαι-*

τήσεσθαι καὶ λιπαρήσειν παρ' ὑμῶν αὐτόν. Isocrates ter praepositionem παρὰ usurpavit (16, 9: παρ' Ἀργείων, 17, 5: π. ὑμῶν, 17, 47: με π. ὑμῶν).

Aliarum praepositionum usum hoc in verbo non inveni, unde efficere possumus, plerumque accusativum personae tantum occurrere, duos accusativos interdum inveniri, rarissime autem praepositionem παρὰ adhiberi.

Semel quoque apud nostrum occurrit verbum παραιτεῖσθαι cum praepositione παρά, nempe 78, 22, 3: τὴν παραίτησιν, ἣ παρὰ τοῦ Καρακάλλου παρῄτητο, ἐς αὐτὸν ἐλθοῦσαν οὐκ ἐδέξατο (deprecationem, qua a Caracalla deprecatus erat (sc. eum), sibi allatam non accepit), plerumque cum uno accusativo invenitur, apud Dionem quoque (e. g. 42, 24, 3; 49, 22, 5; fr. 49, 2; 78, 22, 5); si tamen praepositio usurpatur, praepositio παρὰ maxime requiritur.

Extremum inter verbi αἰτεῖν composita tenet locum προσαιτεῖν in quo verbo, quoniam praepositio non eam habet vim separativam quam in ἐξαιτεῖν (= αἰτεῖν ἔκ τινος) et ἀπαιτεῖν (= αἰτεῖν ἀπό τινος) observamus, vix exspectes praepositionem cum genitivo personae. Etenim προσαιτεῖν non est αἰτεῖν πρός τινος sed fere est προσιέναι τινὰς αἰτοῦντα. προσαίτης enim est qui προσέρχεται ἡμᾶς αἰτῶν (qua notione Germani anflehen, anbetteln dicunt, nos aan zoek doen); neque vero hoc neglexerunt Graeci antiquiores veluti Herodotus qui (3, 14) Aegyptium illum hominem nobilem depingit προσαιτέοντα τὴν στρατιήν. Sic legimus apud Isocratem (7, 83): προσαιτῶν τοὺς ἐντυγχάνοντας, apud Euripidem (Suppl. 64): προσαιτοῦσα θεῶν θυμέλας. Res quam quis mendicatur, accusativo exprimitur, e. g. Aristoph. (Lys. 1141): στρατιὰν προσαιτῶν, Eur. (Hel. 791): προσῄτεις βίοτον. Duo accusativi inveniuntur apud Euripidem (Hel. 512): ἄλλους τυράννους βίον προσαιτεῖν, apud Xenophontem (Anab. 7, 3, 31): οὐδέν σε προσαιτοῦντες. Absolute occurrit sensu mendicandi apud Aristophanem (Ach. 452), apud Platonem (Symp. p. 203 B), apud Xenophontem (Mem. 1, 2, 29; Symp. 8, 23), apud Aristotelem (Rhet. 2, 8) et saepius apud

Plutarchum. — Operae pretium igitur est attendere ad Dionem, qui, quamvis fidelis sit sectator Herodoti atque Thucydidis, hac in re tamen sermoni aequalium ni fallor obtemperavit, quod secundum eius aetatis morem praepositionum usum auxit. Id quod in verbo προσαιτεῖν primitivam praepositionis notionem prorsus fere obscuravit. Duo sunt loci quibus praepositionem παρὰ adhibitam inveni:

37, 24, 3: σωτηρίαν π. τοῦ θείου προσαιτεῖν.

77, 9, 3: δῶρα π. τῶν ἰδιωτῶν τῶν πλουσίων καὶ π. τῶν δήμων προσῄτει. Alio loco quo occurrit verbum προσαιτεῖν (66, 8, 4) res sóla exprimitur quae petitur: ἓξ ὀβολοὺς προσαιτεῖς.

Pauca verba quae cupiendi, poscendi habent significationem apud Dionem inventa restant. 57, 21, 4 haec legimus (e Xiphilino desumpta): πάντα ὅσα τινὲς ἀ ξ ι ῶ σ ε ι ν παρὰ τοῦ Τιβερίου ἔμελλον, quod verbum ἀξιοῦν ita usurpatum cum praepositione παρὰ apud Platonem quoque occurrit. Sequitur verbum δεῖσθαί τινος παρά τινος quod saepius Cassium usurpasse videbimus. Quod ad significationem verbi attinet, vix opus erit indicare primum egendi notionem inesse, deinde verbis exprimendi rem qua egemus; egendi significatione obiectum genitivo indicari, petendi autem infinitivo vel interdum accusativo qui dicitur verbalis sive accusativo adiectivi neutri generis. Egendi significationem e. g. habemus apud Xenophontem (Hier. 10, 1): φιλίαν κτησάμενος ἄρχων οὐδὲν ἔτι δεήσεται δορυφόρων, (Memor. 4, 2, 26): πορίζονται ὧν δέονται, quae exempla ex omnibus scriptoribus suppleri possunt. Petendi sensum invenimus e. g. apud Demosthenem (29, 4): δέομαι δ' ὑμῶν δικαίαν δέησιν (persona quam rogamus genitivo indicatur, res autem quae petitur accusativo verbali), (38, 2): δεήσομαι δὲ καὶ δίκαια καὶ μέτρια ὑμῶν.

Contra Herodotus in verbo δεῖσθαι petendi significatione saepius genitivum adhibet ad obiectum indicandum, e. g. (1, 8): σέο δέομαι μὴ δέεσθαι ἀνόμων, (3, 44): ἐδεήθη ὅκως ἂν καὶ παρ' ἑωυτὸν πέμψας ἐς Σάμον δέοιτο στρατοῦ. Ita duo g e n i t i v i (personae et rei) una occurrunt e. g. (3, 157): ἐπιτρά-

…τιμοι ἦσαν τῶν ἐδέετο σφέων· ἐδέετο δὲ στρατιῆς, sic apud …nophontem (Cyr. 8, 3, 19): δεόμενοι Κύρου ἄλλος ἄλλης πράξεως. …ius quoque saepius utramque significationem praebet usi-…ratione; occurrunt tamen nonnulli loci ubi alia invenitur …onstructio de qua dicamus necesse videtur. Legimus enim: tr. 99, 2a: ἐπικουρίας τινὸς παρ' ἑαυτοῦ δεομένων; 38, 21, 3: (τὸ σῶμα) πολλῆς ἐπικουρίας παρὰ τοῦ δαιμονίου δεῖται; 52, 27, … συμμαχίας τινὸς παρ' αὐτῶν δεηθῶμεν; 55, 4, 2: συνηγο-…ματος παρ' αὐτοῦ δεηθέντος; 48, 30, 8: εἴ τι παρ' αὐτοῦ δεηθείη. …ios locos inspicientes videbimus significationem egendi …se; petendi sensus 55, 4, 2 tantum inesse videtur, sed …m paulo post legimus de eadem re: ὁσάκις ἐπικουρίας χρείαν …ες. verisimile est nostris quoque verbis inesse notionem …ίας itaque egendi sensum non deesse. Novam igitur hisce …is invenimus constructionem, quae quo modo orta esse possit investigare debemus. Scriptor cum obiectum genitivo expres-…rat, personam indicare voluit a qua auxilio quodam egeba-tur; sed ut adderet praepositionem παρά, eius rei causam non tantum in verbo δεῖσθαι sed quoque in obiecti notione quae-rendam esse puto. Prioribus vero exemplis de Thucydidis ver-bis cogitasse Dionem in promptu est; Thucydides enim (VI. 12 et III. 10) haec habet ἐπικουρίας δεόμενοι et ξυμμαχίας δεομένων, quamquam verbum δεῖσθαι hisce locis petendi habet significatio-nem; Cassius vero indicare voluit, auxilium (ἐπικουρίαν, συμ-μαχίαν), defensionem (συνηγόρημα) quibus rebus egebant per-sonae de quibus sermo est, a cuiusdam parte ad eos pervenire debere, quare praepositionem παρὰ ad utrumque voca-bulum attinere voluit; sicut nos dicere possumus: ik heb van uwe zijde hulp noodig, quibus verbis indicamus, auxilium quo egemus a te ad nos pervenire necesse esse, ita apud Cas-sium mihi praepositio παρὰ obiectum quoque spectare videtur.

Pauca praeterea dicenda sunt de extremo quem laudavi loco (48, 30, 8). Dio ibi agit de quodam redimente captivos sine pretio redemptionis, additque causam cur hoc faceret: εὐεργεσίαν

τε ἐς τὸν Καίσαρα πόρρωθεν προκατατιθέμενος καὶ καταφυγὴν ἑαυτῷ προπαρασκευάζων, εἴ τι παρ' αὐτοῦ δεηθείη. Hisce verbis indicatur ni fallor causa cur liberaret captivos, ut iam statim multo ante quam opus fuit beneficium apud Caesarem deponeret et ut perfugium multo ante sibi praepararet apud eum, si (postea) (perfugio a Caesare) sibi opus esset. Vocabulum τι enim adverbialiter usurpatum esse mihi videtur, ita ut significet „quodammodo"; verba itaque supplenda sunt: εἴ τι (καταφυγῆς) παρ' αὐτοῦ δεηθείη (μετὰ ταῦτα).

Sequitur verbum μεταπέμπεσθαί (arcessere) τινα vel τι παρά τινος quod legitur:

40, 31, 2: π. τῶν Κελτῶν μισθοφορικὸν μετεπέμψατο.

75, 15, 3: δεηθεὶς κεστρέως (κεστρεὺς piscis genus, apud Romanos m u g i l dictum).... π. ἐκείνου μετεπέμψατο.

78, 6, 3: πολλὰ π. τῶν .... ἀνθρώπων μετεπέμψατο.

Apud alios quoque scriptores hoc verbum cum praepositione παρὰ coniunctum occurrit, e. g. apud Isocratem (5, 126): ταῦτα πάντα π. ἡμῶν μεταπεμπομένων, (6, 31): ἐδήλωσε .... βοήθειαν π. ὧν (ἔδει) μεταπέμψασθαι, apud Aristophanem (Vesp. 679) activum genus legimus. Cum Demosthenes (19, 16) dicit: οὓς ἀπὸ τῶν Ἑλλήνων μετεπέμψασθε, magis locum quam personas a quibus arcessuntur legati respexisse videtur.

Restant duo verba quae propter significationem quidem hic collocanda censeo: ἐπάγεσθαι (Med.) et θηρᾶσθαι. Alterum verbum ἐπάγεσθαι legimus 44, 26, 1, ubi de urbe Athenis dicitur: παρ' ἧς .... ἐπάγεσθαί τινας νόμους οὐκ ἀπηξίωσαν (οἱ πατέρες ἡμῶν). Hoc loco relativum ἧς spectat substantivum πόλιν, ita ut παρὰ τῆς πόλεως idem sit atque π. τῶν πολιτῶν i. e. τῶν Ἀθηναίων. Nostri igitur maiores, sic Cassius Ciceronem dicentem inducit, non dedignati sunt leges quasdam sibi petere ab Atheniensibus. Alterum θηρᾶσθαι legimus fr. 68, 3: τιμὴν π. τῶν ἄλλων θηρώμενοι (honorem ab aliis sibi aucupantes), ubi praepositio παρὰ cum obiecto τιμὴν aliquatenus cohaerere vel potius ex obiecto quoque pendere videtur.

De verbo *ἐλπίζειν τι παρά τινος*, quod iam enumeravimus inter accipiendi verba, pauca sunt dicenda hoc loco; semel tantum inveni nempe fr. 24, 1 ubi cum verbo *προσδέχεσθαί τι παρά τινος* coniunctum occurrit: *παρὰ τοῦ ξένου .... πᾶν ἐλπίζουσιν*. Nostro loco Dionem de industria praepositionem *παρὰ* usurpasse nemo non videt, cum praesertim non persona sed res inanima (res abstracta *τὸ ξένον* peregrinum, novum, inauditum) cum praepositione coniuncta invenitur.

Tamen non ignota erat constructio qua usus est Dio nostro loco; legimus enim apud Xenophontem (Mem. 4, 3, 17): *οὐ γὰρ παρ' ἄλλων γ' ἄν τις μείζω ἐλπίζων σωφρονοίη ἢ παρὰ τῶν τὰ μέγιστα ὠφελεῖν δυναμένων*, et apud Demosthenem (19, 102): *ταῦτ' ἐλπίσαντα παρ' αὐτοῦ*.

Duae itaque causae Cassium impellere potuerunt cur praepositionem *παρὰ* nostro loco adhiberet: analogia verbi *προσδέχεσθαι* quod modo usurparat, atque usus vulgaris cum personam spectat a qua quid exspectatur.

Antequam ad verbum habendi (*ἔχειν*) transimus, pauca disserenda sunt de verbo *κτᾶσθαι* deque composito *ἀνακτᾶσθαι*, quae transitum a verbis accipiendi ad habendi verbum praebere videntur. Verbum simplex bis legitur addita praepositione *παρὰ* cum genitivo, 63, 29, 5: *π. τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ὄνομα μέγα ἐκτήσατο* (a ceteris hominibus magnam gloriam sibi peperit); 51, 22, 1: *παρ' αὐτῆς* (sc. *τῆς Νίκης*) *τὴν ἀρχὴν ἐκτήσατο* (ab illa imperium adeptus erat). Haud inusitata sane haec locutio est; legimus apud Xenophontem quoque semel iterumque *κτᾶσθαί τι παρά τινος*, e. g. in Cyrop. (3, 1, 28): *φιλίαν δὲ παρὰ τίνων ἄν ποτε λάβοιτε τοσαύτην ὅσην σοι παρ' ἡμῶν ἔξεστι κτήσασθαι νῦν*; in Conviv. (4, 43): *Σωκράτης γὰρ οὗτος παρ' οὗ ἐγὼ τοῦτον ἐκτησάμην οὔτ' ἀριθμῷ οὔτε σταθμῷ ἐπήρκει μοι*, in Hierone (1, 13): *ὅσα .... παρὰ πάντων .... κτῶνται*. Demosthenes quoque habet (18, 94): *δόξαν, εὔνοιαν, τιμὴν παρὰ πάντων ἐκτᾶσθε*, et Isocrates (15, 135): *εὔνοιαν παρὰ τῶν ἄλλων*

κτήσασθαι. Etiam Herodotus (8, 112): χρήματα παρὰ νησιωτέων ἐκτᾶτο. Compositum ἀ ν α κ τ ᾶ σ θ α ι legitur fr. 57, 20: ἃ γοῦν φθόνῳ καὶ διαβολῇ πρὸς τῶν πολιτῶν ὁ Φάβιος ἀφῃρέθη, ταῦτα παρ' ἑκόντος τοῦ συνάρχοντος καὶ δεομένου γε ἀνεκτήσατο (Fabius quod sibi invidia et calumnia a civibus ereptum erat, a collega libenter recuperavit orante). Polybius etiam ita verbum ἀνακτᾶσθαι usurpavit (4, 74): ἀνακτᾶσθαι τὴν .... ἀσυλίαν παρά τινος.

Nunc transeamus licet ad verbum h a b e n d i (ἔχειν, acceptum habere), cui verbo Cassius Dio varia attribuit obiecta; primum dabo locos ubi apud Dionem occurrit verbum: fr. 24, 3: θαυμαστήν τινα φιλίαν παρ' αὐτοῦ προσδοκήσαντες ἕξειν, 41. 62, 3: μηδεμίαν εὐεργεσίαν παρ' ἐμοῦ ἔχοντες, 42, 2, 4: συμμαχίαν παρὰ τοῦ Πτολεμαίου .... σχήσειν ἐλπίσας, 49, 6, 2: ὠφελίαν παρὰ τοῦ Καίσαρος ἢ καὶ τοῦ Ἀγρίππου σχήσειν, fr. 25, 5: ἐλπίδα σωτηρίας πλὴν παρὰ τοῦ δαιμονίου οὐδεμίαν εἶχον, 55, 33, 1: τῶν μηδεμίαν παρὰ τῶν Ῥωμαίων ἐλπίδα σωτηρίας ἐχόντων, 43, 27, 3: αἰτίαν ἐπὶ τῷ τῆς Κλεοπάτρας ἔρωτι .... παρὰ πάντων ἔσχεν, 50, 3, 4: μηδ' αἰτίαν τινὰ παρ' αὐτῶν .... σχεῖν, 78, 13, 1: αἰτίαμα παρὰ τῶν ἐμφρόνων ἔσχεν.

Verbum ἔχειν cum praepositione παρὰ coniunctum ignotum non est; saepius apud alios scriptores occurrit; sic legimus apud Isocratem (4, 38): ἀγαθὰ ὅσα μὴ παρὰ τῶν θεῶν ἔχομεν, (8, 144): τιμὴν παρὰ τῶν πολιτῶν ἔχουσι, (17, 14): παρ' οὗ τοσαῦτα χρήματα ἡμᾶς ἔχειν, quibuscum conferenda sunt verba in Epist. IV. 12. Xenophon (Anab. 7, 6, 17) dicit: εἰ ἔχω τι παρ' αὐτοῦ, Sophocles (Ai. 663): οὔπω τι κεδνὸν ἔσχον Ἀργείων πάρα.

Ex omnibus his exemplis tam ceteris quam Cassianis apparet verbum ἔχειν significationem habere τοῦ εἰληφέναι ita ut perfecta actio τοῦ λαμβάνειν fere insit, quamobcausam hic quoque post verba accipiendi collocandum censui.

Herodotus semel iterumque verbum ἔχειν usurpavit cum praepositione παρὰ coniunctum: I. 7: παρὰ τούτων Ἡρακλεῖδαι ἐπιτραφθέντες ἔσχον τὴν ἀρχήν, ubi tamen e participio quoque

ἐπιτραφθέντες praepositio *παρὰ* pendere potest; I. 45: *ἔχω παρὰ σεῦ πᾶσαν τὴν δίκην*, II. 122: *δῶρον ἔχοντα παρ' αὐτῆς*, VIII. 122: *παρ' Ἑλλήνων μὲν τῶν ἄλλων ἔφησε ἔχειν (τὰ ἀκροθίνια), παρ' Αἰγινητέων δὲ οὔ*. Hic quoque significatio acceptum habendi inesse videtur. Cum locos Dioneos accuratius inspicimus, videbimus praepositionem non solum cum verbo *ἔχειν* sed etiam cum obiecto cohaerere; *φιλία* enim, *εὐεργεσία*, *συμμαχία*, *ὠφελία*, a quodam accepta esse dicuntur vel potius a cuiusdam parte ad alium pervenire possunt dici; paulum aliter res se habet in extremis exemplis de quibus seorsum dici opus esse videtur. *αἰτίαν ἔχειν παρά τινος* quod idem est atque *αἰτίαμα ἔχειν* facile cum praepositione *παρὰ* coniungitur quia *αἰτία* quam quis habet a quodam, a cuiusdam parte venisse cogitari potest; sed hac quoque locutione significatur, non solum quendam *αἰτίαν παρά τινος* habere i. e. accepisse sed etiam *αἰτίαν* ab alio ad alium pervenisse, ita ut praepositio *παρὰ* non modo cum verbo *ἔχειν* sed etiam cum obiecto coniungenda sit atque ut ita dicam arcte inter se cohaereant praepositio et tota locutio *αἰτίαν (αἰτίαμα) ἔχειν* quae fere pro passivo genere verbi quod est *αἰτιᾶσθαι* habenda est. Dissentiunt editores in loco 50, 3, 4: *τοιαῦτα γάρ που ἐν αὐταῖς* (sc. *ταῖς τοῦ Ἀντωνίου διαθήκαις*) *ἀνεγέγραπτο ὥστε μηδ' αἰτίαν τινὰ παρ' αὐτῶν, καίτοι παρανομώτατον πρᾶγμα ποιήσας, σχεῖν*, verba non mutanda sed hoc modo explicanda mihi videntur: „Quamquam Caesar fecerat aliquid quod iniustissimum erat, tamen ea quae in Antonii testamento perscripta erant eiusmodi fuerunt ut neque senatores neque populi comitia Caesaris facto gravarentur (ut ab iis crimen non haberet)". In. locutione *οὐδεμίαν ἐλπίδα σωτηρίας ἔχειν π. τινος* (fr. 25, 5; 55, 33, 1) praepositio *παρὰ* vix iam coniungenda est cum verbo *ἔχειν*, sed prorsus cohaerere videtur cum notione verbali quae inest vocabulis *ἐλπίδα σωτηρίας*; tota locutio fere significare videtur: „sperare (*ἐλπίδα ἔχειν*) fore ut salus (*σωτηρία*) a cuiusdam parte (*παρά τινος*) veniat."

Restat unus locus de quo iam diximus in fine § 1ae, nempe

50, 17, 6, ubi verbum ἔχειν additam habet praepositionem παρὰ cum genitivo coniunctam. De verbis rhetorice dictis iam tum vidimus, nunc de praepositione παρὰ adiuncta verbo ἔχειν.

εὐτύχησα, sic Antonius coram militibus, ἔπταισα παρ' ὧν τὸ μήτ' ἀπογιγνώσκειν τι μήθ' ὑπερφρονεῖν ἔχω. Collatis sententiis proximis (πολλὰ μὲν ἤρχθην πολλὰ δὲ ἦρξα, ἀφ' ὧν τοῦτο μὲν.... τοῦτο δὲ.... μεμάθηκα. ἐφοβήθην, ἐθάρσησα· ἐξ ὧν τοῦ μὲν.... τοῦ δὲ.... εἴθισμαι) videmus verba μεμάθηκα, εἴθισμαι, ἔχω fere eadem significatione praedita esse, ita ut ἔχω idem sit atque κέκτημαι, μεμάθηκα. Ubi autem verba quae laudavi (κτᾶσθαι, μανθάνειν) saepius cum praepositione παρὰ coniuncta occurrunt, non miramur nostro loco rhetorice dicto praepositionem παρὰ pendere e verbo ἔχω, significante „nanctus sum". (Neque desperare quidquam neque contemnere hisce rebus edoctus sum, ex hisce rebus nanctus sum). Quod praepositio παρὰ cum re inanima vel potius cum pronomine relativo coniunctum est, spectante notionem verbalem (φοβεῖσθαι, πταίειν), quodque fere synonyme inter se sunt praepositiones ἀπό, ἐξ, παρά, de hisce omnibus conferenda est § 1ª extrema.

Iam pergere inquisitionem nostram de παρὰ cum genitivo e verbis pendente licebit iis verbis quae ad animum translata accipiendi notionem habent, ex quorum numero imprimis ἀκούειν et μανθάνειν numeranda sunt.

Sicut apud alios quoque scriptores saepius apud Dionem ἀκούειν τι παρά τινος legitur; Herodotus iam usurpavit hanc locutionem (VII. 14), Thucydides saepius adhibuit (6, 91, 1; 6, 93, 1 e. a.), Plato (Rep. 506 C) habet: παρ' ἄλλων ἀκούειν φανά τε καὶ καλά, Soph. (Oed. R. 7; 95) idem habet.

Locos Dioneos dabimus, nempe:

38, 37, 2: παρ' ὑμῶν ἀκούοντες αὐτά.

56, 41, 1: παρ' ἐμοῦ μόνα ταῦτα ἀκηκοότες ἔσεσθε.

61, 4, 5: οἷά που παρὰ τῶν συνόντων ἀκούων.

61, 11, 1: μηδὲν παρὰ μηδενὸς ἀκούων.

76, 11, 1: ᾔδει δὲ καὶ παρὰ μάντεων ἀκούσας.

Verbum ἐσακούειν semel inveni cum praepositione παρὰ coniunctum; legimus enim 50, 32, 1 de proelium navale committentibus: πολλὰ μὲν παρακελεύσματα ἐν ἑαυτοῖς ποιούμενοι, πολλὰ δὲ καὶ κελεύματα παρὰ τῶν ἐκ τῆς ἠπείρου σφίσιν ἐπιβοώντων ἐσακούοντες [multas itaque inter se adhortationes, celeusmatis acclamationes adhibebant, multasque adhortationes (cf. Plato Phaedr. 253 D aliisque locis) exaudiebant a parte eorum qui a continente terra ipsis acclamabant]. Etsi vocabulum κελεύματα Pflugkio ita displicuit ut deleret, tamen necesse non videtur nobis assentiri viro doctissimo; non inest sane nostro loco significatio carminis celeusmatici neque iussi, sed adhortationis sensu apud Platonem occurrere diximus; neque displicet iteratio fere eiusdem vocabuli id quod saepius apud Dionem invenitur (e. g. 46, 39, 3: ἀπεῖπον — ἀπηγόρευσαν; 47, 19, 2: idem; 60, 6, 3 iterum; 39, 56, 4: ἀπηγορεύοντος μὲν — ἀπειρηκότος δὲ). Nostro loco idem valere dici potest quod iam saepius diximus, praepositionem παρὰ non solum cum verbo ἐσακούοντες cohaerere sed etiam cum vocabulo κελεύματα, ita ut adhortationes ab eorum parte qui in terra continente stabant ad proeliantes pervenire quas exaudirent dici possint.

Verbum μανθάνειν saepissime apud Dionem occurrit tam discendi quam audiendi notione; in quo verbo usum vulgatum fere secutus est. Nam potuit quidem hoc verbum genitivum personae adsciscere, sed haec ratio iam antiquitus poetarum sermoni propior fuit quam scriptorum veluti Xenophontis in Cyr. 1, 6, 44 (μάθε δέ μου καὶ τάδε, ὦ παῖ, ἔφη, τὰ μέγιστα). cf. Cyr. 1, 3, 10: ἐμανθάνετε οὐδὲν ἀλλήλων. μανθάνειν ἐκ quoque exquisitius paulo, saltem rarius est (Soph. El. 352: μάθ' ἐξ ἐμοῦ; Aesch. Cho. 853: ἐξ ἀμαυρᾶς κληδόνος λέγει μαθών). Praepositio autem παρὰ usitatissima est; e. g. Aesch. Ag. 858 (οὐκ ἄλλων πάρα μαθοῦσ' ἐμαυτῆς δύσφορον λέξω βίον); Soph. Ant. 1012 (τοιαῦτα παιδὸς τοῦδ' ἐμάνθανον πάρα); Plato

Legg. 720 D (*μανθάνει τι παρὰ τῶν νοσούντων*); Isocr. 8, 67 (*ὅτι .... παρ' ὑμῶν μαθών*); 15, 223 (*ταῦτα παρ' ἑτέρου μανθάνειν*); 16, 11 (*παρ' ἐκείνου μαθεῖν*); 18, 44 (*π. ἑτέρων μαθεῖν*); 19, 45 (*τὴν τέχνην ἔμαθε παρὰ Πολεμαινέτου τοῦ μάντεως*); Herod. saepius ususpavit, e. g. II. 51 et II. 104 ubi praepositiones *παρὰ* et *ἀπὸ* cum verbo *μανθάνειν* coniunctae occurrunt.

Dio quoque constanter praepositionem *παρὰ* verbo *μανθάνειν* addidit nisi forte fr. 57, 20 excipiendum est: (*ἐκ τῆς πείρας τῶν πραγμάτων τὰ βελτίω μαθόντα*).

Semel tamen apud Dionem quoque *ἀπὸ* et *παρὰ* una occurrunt, nempe 78, 6, 3: *τοῦτό τε ἀπ' αὐτῶν τῶν βαρβάρων ὕστερον ἐμάθομεν, καὶ τὸ τῶν Φαρμάκων παρὰ τοῦ Μακρίνου.*

Hi sunt loci quos repperimus:

a. audiendi notione: fr. 43, 25: *ἕτερον παρ' ἑτέρου τὸ ἀπόρρητον μανθάνοντα,* 39, 3, 1: *ταῦτα παρὰ τῶν Ῥημῶν μαθών,*

50, 3, 3: *τὰ τοῦ Ἀντωνίου παρ' αὐτῶν πάντα .... ἔμαθε,*

36, 3, 1: *μαθὼν παρ' αὐτῶν τὴν πρεσβείαν τὴν .... πεμφθεῖσαν,*

71, 23, 3: *παρὰ τοῦ Οὐήρου .... τὴν ἐπανάστασιν αὐτοῦ μαθὼν ....*

39, 14, 2: *τὴν ἀλήθειαν παρ' αὐτοῦ μαθησόμενοι,*

52, 25, 5: *παρ' ὧν καὶ ἀκόντων τὴν ἀλήθειαν .... μαθεῖν δυνήσῃ,*

41, 4, 2: *τὴν διάνοιαν αὐτοῦ πᾶσαν παρὰ τοῦ Λαβιήνου μαθών,*

50, 23, 3: *μαθὼν τὴν διάνοιάν σφων παρά τε ἄλλων καὶ παρὰ τοῦ Δελλίου.*

seq. Acc. c. Partic.:

40, 10, 1: *μαθόντες παρ' αὐτῶν πλησιάζοντα ἤδη τὸν Καίσαρα.*

sequente *ὅτι*: fr. 57, 48: *εἴτ' οὖν παρὰ δαιμονίου τινὸς μαθὼν εἴτε κατὰ τύχην,*

37, 52, 2: *παρὰ τῶν μάντεων ἔμαθεν ὅτι .... ἔσται,*

66, 1, 3: *παρ' ὀνείρατος ἔμαθεν ὅτι .... αὐταρχήσει,*

66, 20, 2: *ἔμαθε καὶ παρ' ἐκείνων ὅτι νῆσός ἐστιν.*

seq. Acc. c. Inf.:

69, 18, 3: *μαθὼν παρά τινος .... δικάζειν αὐτὸν ἤδη ....*

b. d i s c e n d i significatione:

47, 3, 3: τὸ αἴτιον .... οὔτε παρ' ἑτέρου τινὸς μαθεῖν οὔτ' αὐτὸς εὑρεῖν ἠδυνήθην,

62, 6, 2: ταῦτ' ἤδη παρὰ τῶν 'Ρωμαίων μεμαθήκαμεν,

78, 6, 3: ἐμάθομεν .... τὸ τῶν φαρμάκων παρὰ τοῦ Μακρίνου,

fr. 40, 31: οὐδὲν αὐτῶν δεῖται παρ' ἡμῶν μαθεῖν,

40, 7, 2: καί τινα καὶ παρὰ τῶν αἰχμαλώτων μαθών,

79, 15, 1: παρ' οὗ καὶ ἁρματηλατεῖν ἔμαθεν.

Videmus igitur, omnibus hisce exemplis perspectis, Dionem adamasse praepositionem παρὰ verbo μανθάνειν adiunctam non minus quam ceteros scriptores qui ante eum vixerint.

Prorsus aliter res se habet in verbo πυνθάνεσθαι quod apud Herodotum saepius praepositionem παρὰ adsciscere videmus (1, 163; 2, 19; 2, 49; 2, 50; 2, 86; 2, 91; 3, 12; 3, 68; 4, 152; 7, 191; 7, 183: παρὰ πυρσῶν πυνθάνονται uno loco quo apud Herodotum praepositio παρὰ cum genitivo rei inanimae occurrit, de quo loco iam diximus in paragrapho prima), saepius quoque apud alios scriptores, e. g. apud Isocratem (12, 267; 17, 15; 5, 155; 12, 155; 12, 221); apud Demosthenem (51, 21; 49, 13; 19, 319; 22, 10), apud Xenophontem (Cyr. 4, 1, 2; 1, 6, 23; 1, 6, 19), apud Platonem pag. 476 E; pag. 179 E), apud Cassium tamen bis tantum invenimus, nempe 38, 37, 2: πλείω γὰρ ἂν παρ' ὑμῶν ἰδίᾳ καὶ πολλάκις ἀκούοντες αὐτὰ ὠφεληθεῖεν ἢ παρ' ἐμοῦ ἅπαξ πυθόμενοι, 79, 7, 4: τὰ τῶν ἰδιωτῶν παρ' ἀνδρῶν ἀξιοπίστων πυθόμενος. Quod ad posteriorem attinet locum, coniecturae debetur vocabulum πυθόμενος, supplevit enim Bekkerus litteras πυ- ita ut vix laudemus hunc locum tamquam exemplum verbi πυνθάνεσθαι; restat prior locus, ubi ni fallor praepositio παρὰ usurpata est concinnitatis cuiusdam gratia, ut cum antecedenti praepositione παρὰ verbo ἀκούοντες addita iterata praepositio congrueret. Statuere itaque mihi posse videmur Cassium de industria vitasse praepositionem παρὰ cum verbo πυνθάνεσθαι coniunctam vel potius Dionem pro

verbo πυνθάνεσθαι audiendi sensu usurpasse verba ἀκούειν atque μανθάνειν.

Non ignoro apud diversos scriptores saepius occurrere verbum πυνθάνεσθαι coniunctum cum praepositionibus ἐκ (e. g. Hom. Υ 129) vel ἀπὸ (e. g. Aesch. Cho. 736) vel etiam πρὸς (apud Herodotum 9, 58); frequenter quoque praepositionem διὰ adhibitam esse ad significandas personas per quas quis audit aliquid sive de aliqua re; simplicem quoque genitivum semel iterumque inveniri (e. g. Herod. 1, 123; Aesch. Ag. 599; Soph. Oed. R. 333; Aristoph. Ran. 1417; Av. 1120; Plato pag. 328 E; Plut. Numa 13; Dem. 4, 10; 16, 23; 49, 68; 50, 67; 56, 32); nullum autem usum talem apud Cassium repperi nisi interrogandi sensu merum genitivum in fr. 57, 4: ἐπύθετο αὐτῶν πότερον .... ἢ ....

Hic mihi suum locum habere videtur fr. 36, 14: τοιαῦτα αὐτοῖς παρά τε τῆς ἐμφύτου φρονήσεως καὶ παρὰ τῆς ἐκ τοῦ γήρως ἐμπειρίας .... παρῄνεσεν. Sicut in locutione: παρ' ἑαυτοῦ διδόναι ellipsis inest — omissum enim est participium λαμβάνων — nam id quod donat quis antea de suo sumere eum necesse est, ita nostro loco perspicuum est omissum esse vocabulum quoddam, quocum coniungenda sit praepositio παρά; verbum διδάσκειν simileve verbum cogitatione supplendum videtur ita ut sententia hanc habeat significationem: „Talia eos admonuit, edoctus insita mentis prudentia et senili experientia".

Postremo loco commemoremus verba γίγνεσθαι, εἶναι, ὑπάρχειν quae nonnullis locis apud Dionem inveniuntur cum praepositione παρὰ cum genitivo coniuncta.

a. γίγνεσθαι παρά τινος hisce habemus locis:

37, 23, 2: ὅσα τοῖς ἰσχύουσί τι παρὰ τῶν πολλῶν γίγνεται,
52, 6, 2: ἂν δέ που καὶ ἀναγκαῖαι παρὰ πάντων ἐσφοραὶ γένωνται,
52, 6, 5: παρ' ὧνπερ καὶ αἱ λήψεις γίγνονται,
55, 12, 5: τὴν συντέλειαν τὴν παρὰ τοῦ δήμου οἱ γενομένην,
56, 35, 4: ὥστε κοινὸν παρὰ πάντων τὸν ἔπαινον γενέσθαι,
42, 7, 3: ἀγανακτήσεως .... παρὰ τοῦ πλήθους γενομένης,

36, 43, 1: *ἀγανάκτησις καὶ ἀντιλογία .... παρὰ τῶν δυνατῶν .... ἐγένετο,*

58, 26, 1: *μηδεμία ἐπὶ τούτῳ τιμωρία παρὰ τοῦ Τιβερίου ἐγένετο,*

77, 1, 4: *δεινόν τι παρ' αὐτῶν γενήσοιτο,*

46, 55, 2: *τις αὐτοῖς φθόνος καὶ ἐναντίωσις παρὰ τῶν ἄλλων γένηται,*

fr. 29, 1: *γέλωτος συχνοῦ καὶ παρὰ τῆς ἀδελφῆς καὶ τῶν ἄλλων γενομένου,*

fr. 39, 8: *θορύβου παρὰ πάντων .... γενομένου* (similiter 44, 20, 1),

41, 9, 5: *ὀλολυγὴ ἐφ' ἑκάστῳ αὐτῶν πολλὴ καὶ παρὰ τῶν ἄλλων καὶ δάκρυα ἄπλετα ἐγίγνετο,*

80, 3, 1: *πολλαὶ καὶ παρὰ πολλῶν ἐπαναστάσεις γενόμεναι,*

55, 1, 4: *τό τινα φωνὴν παρὰ τοῦ δαιμονίου τῳ γενέσθαι.*

Varia esse genera verbi *γίγνεσθαι* inspicientibus exempla quae laudavimus apparebit, quamobcausam accurate inspicere singula exempla utile videbitur. Verba *γίγνεσθαι, εἶναι, ὑπάρχειν παρά τινος* quodammodo congruere cum verbis veniendi facile apparet; indicantur enim nomine genitivi forma addito praepositioni personae a quarum parte aliquid obtingit vel obtigit alicui; primum exemplum itaque vertendum est: „(omnia) quae potentioribus a populi parte obtingunt"; idem fere valet de sequentibus tribus locis (52, 6, 2; 52, 6, 5; 55, 12, 5), quamquam obtingendi sensus paulatim evanescit atque fiendi significatio oritur ita ut passivi vice fungi videatur locutio; *ἐσφοραὶ* enim, *λήψεις, συντέλεια* (tributa, pensiones, collatio pecuniae) vocabula derivata a verbis *ἐσφέρειν, λαμβάνειν, συντελεῖν,* ita ut fere *ἐσφερόμενα, λαμβανόμενα, συντελούμενα* significentur, a parte cuiusdam fiunt. Hisce exemplis facile perspicitur non modo e verbo *γίγνεσθαι* pendere praepositionem sed etiam e substantivis *ἐσφοραὶ* aliisque, quod idem videmus in reliquis exemplis, ubi *ἔπαινος* (56, 35, 4), *ἀγανάκτησις* (42, 7, 3), *ἀγανάκτησις καὶ ἀντιλογία* (36, 43, 1), *τιμωρία* (58, 26, 1), *δεινόν τι* (77, 1, 4), *φθόνος καὶ ἐναντίωσις* (46, 55, 2) *παρά τινος*

γίγνεσθαι dicuntur, quibus verbis significatur, laudem, indignationem, ultionem, periculum quoddam, invidiam, contradictionem alicui obtingere a parte alterius, ita ut persona genitivi forma addita praepositioni (πάντων, τοῦ πλήθους e. a.) auctor sit actionis quae substantivo indicetur. Cetera exempla (29, 1; 41, 9, 5; 39, 8; 44, 20, 1) quod diximus confirmant atque corroborant; iis quoque indicatur, risum, clamorem, tumultum ab alicuius parte fieri, sed iidem illi nominari auctores possunt risus, clamorisve illius, ut ad passivum genus accedat locutio neque multum differat praepositio παρὰ ab ὑπὸ praepositione. Paenultimo quem laudavimus loco (80, 3, 1) fere nihil interest inter praepositionem quam usurpavit Cassius atque ὑπό; seditiones enim a multis multae fieri dicuntur; restat tamen propria vis praepositionis παρὰ ad indicandum, seditiones a multis ortas ad alios dirigi. Quod ad extremum attinet exemplum, (55, 1, 4) φωνὴ quae παρὰ τοῦ δαιμονίου γίγνεταί τῳ, proxime accedit ad verba veniendi quia vox a dei parte profecta ei obvenit quem deus monere voluit; in passivo genere saepius habemus λέγεσθαί τι παρά τινος ubi fere idem est παρὰ atque ὑπὸ (de qua dicendi ratione postea videbimus accuratius), nostro autem loco explicatur fere locutio passivi forma usurpata, quia verbum a cuiusdam parte proficiscitur ad alium quem alloqui volumus petendum.

Locutio quam elliptice dictam nominare velim, occurrit 52, 21, 2: πολίαρχός τις .... ἀποδεικνύσθω, οὐχ ἵνα .... ἄρχῃ, ἀλλ' ἵνα .... τὰς δίκας τάς τε παρὰ πάντων ὧν εἶπον ἀρχόντων ἐφεσίμους τε καὶ ἀναπομπίμους καὶ τὰς τοῦ θανάτου τοῖς τε ἐν τῇ πόλει .... καὶ τοῖς ἔξω αὐτῆς .... οἰκοῦσι κρίνῃ. Sturzius ita vertit Latine: „Praefectus urbis quidam creandus est, non ut .... rempublicam administret, sed ut .... causas quoque eas in quibus ab omnibus indicatis magistratibus adpellare quasque ad superiorem remittere licet, itemque capitales, partim in urbe .... partim extra urbem .... diiudicet." Verbis accurate inspectis praepositio παρὰ mihi videtur pendere ex

adiectivis ἐφεσίμους τε καὶ ἀναπομπίμους quae vocabula ad δίκας pertinere facile intellegitur. Quemadmodum autem legimus apud Demosthenem (40, 31): καὶ τὰς πάνυ μικρὰς δίκας εἰς ὑμᾶς ἐφιᾶσιν atque (40, 55): εἴ φασιν ἀδίκως ἀποδιαιτῆσαί μου τὸν διαιτητὴν τὰς δίκας, καὶ τότ' ἐξῆν εἰς ὑμᾶς ἐφεῖναι, apud ipsum Cassium (54, 2, 3): ἐφέντος τινὸς ἀπ' αὐτοῦ ποτε δικάζοντος atque (37, 27, 3): ἐφῆκε μὲν ὁ Ῥαβίριος quibus locis ἐφιέναι transitive usurpatum (τὰς δίκας ἐφιέναι) significare apparet: iudicium remittere ad maiorem iudicem, intransitive etiam adhibitum provocandi habet sensum, sic nostro loco praepositio παρὰ ita mihi explicanda videtur ut sermo intelligendus sit de δίκαις ἃς παρὰ πάντων .... ἀρχόντων ἐφίεσθαι τε καὶ ἀναπέμπεσθαι licet, de iudicialibus itaque causis, quas ad (ἐπὶ) maiores iudices mitti a minoribus atque ab iis qui ius dixerunt iudicibus r e mitti (ἀ ν α πέμπεσθαι) ad maiores licet. Provocatio enim hisce verbis manifeste indicatur ad praefectum urbis iis qui a b (παρὰ) omnibus aliis magistratibus profecti ad eum se convertere cupiunt.

Vix opus erit attendere animum ad aliorum scriptorum usum verbi γίγνεσθαι cum praepositione παρὰ coniuncti quia saepius occurrit, e. g. apud Herodotum (3, 82): ἐλευθερίη ἐγένετο παρὰ δήμου, apud Isocratem (11, 28): εἰ καὶ μηδὲν αὐτῷ .... πλέον γίγνοιτο παρὰ τῶν θεῶν, (12, 166): εὐεργέτημα τοῖς Ἕλλησι γεγενημένον παρὰ τῶν προγόνων, apud alios saepe.

Verbo itaque γίγνεσθαι absoluto iam dicendum est de verbis εἶναι et ὑπάρχειν in quibus idem valet quod in verbo γίγνεσθαι diximus, praepositionem nempe παρὰ tum verbum cum substativum spectare. Hi sunt loci quibus verbo εἶναι praepositio παρὰ addita est:

51, 4, 1: οὐδενὸς ἔτι δεινοῦ παρὰ τῶν ἐστρατευμένων ἐσομένου, 45, 19, 1: ἦν πολλὴ καὶ παρὰ τοῦ Καίσαρος καὶ ἐμοὶ καὶ ὑμῖν ἀσφάλεια πρὸς τὸ τὰ δέοντα βουλεύσασθαι, 42, 19, 1: πολλὴ <ἦν> παρὰ πάντων τῶν πρώτων ἅμιλλα, 67, 9, 3: σιωπὴ πολλὴ ἦν παρὰ τῶν ἄλλων.

Duobus locis verbum *ὑπάρχειν* cum praepositione *παρὰ* coniunctum occurrit:

37, 23, 2: *δόξαν οὐδεμίαν τοῖς λαβοῦσιν αὐτά, ὡς καὶ μὴ παρ' ἑκόντων ἀλλὰ ἀναγκασθέντων, μηδ' ἀπ' εὐνοίας ἀλλ' ἐκ κολακείας ὑπάρξαντά σφισι φέρει.*

52, 12, 2: *ἔχθος ἂν αὐτῷ παρὰ τῶν διαμαρτανόντων ὧν χρῄζουσι μᾶλλον ἢ φιλία παρὰ τῶν τυγχανόντων ὑπάρξειεν.*

Primum exemplum quo *εἶναι* usurpatum videmus (51, 4, 1) optime comparatur cum 77, 1, 4, ubi *δεινόν τι παρ' αὐτῶν γενήσοιτο* legitur; actio enim exsistendi verbo *γίγνεσθαι* exprimitur, actio autem perfecta redditur verbo *εἶναι* i. e. *γεγενῆσθαι*. Ut posteriore loco *δεῖνον τι* a cuiusdam parte futurum esse dicitur, ita priore loco verbo *εἶναι* idem fere exprimitur vel potius *γενήσοιτο* imperfectam indicat actionem *τοῦ ἐσομένου*. Nostro quoque loco praepositionem *παρὰ* cum verbo *εἶναι* sensu *τοῦ γεγενῆσθαι* cohaerentem vocabula *δεινόν τι* etiam spectare facile intellegitur, ita ut iterum *οἱ ἐστρατευμένοι* auctores periculi habendi sint; periculum itaque a parte dimissorum militum iam non imminebit, non amplius erit, i. e. obtigerit. Altero loco (45, 19, 1) verba hanc significationem habere videntur: „A parte Caesaris et mihi et vobis magna erat securitas ad consilium ineundum de rebus urgentibus"; *ἦν* itaque Plqpf. habendum est verbi *γίγνεσθαι* „obtigerat", ut eodem redire videatur res de qua agimus; nempe tam *ἀσφάλεια* quam verbum *εἶναι* praepositionem sibi vindicant.

Tertium exemplum (42, 19, 1) quamquam locus sanatus est a Bekkero inserenti vocabulum *ἦν*, tamen huc transponendum censui, quia etiam omissum verbum *εἶναι* mente supplendum videtur: Certamen itaque *παρὰ πάντων τῶν πρώτων ἦν*. Praepositio *παρὰ* hic quoque originem clare significat; a parte optimatium enim certamen venit quod erat; *ἁμίλλης* auctores *οἱ πρῶτοι* indicantur, unde praepositionem ad utrumque vocabulum (subst. et verbum) pertinere videmus. Difficilior autem res est in postremo quod laudavimus exemplo (67, 9, 3):

σιωπὴ πολλὴ ἦν παρὰ τῶν ἄλλων. Hac quoque in locutione praepositionem non prorsus ad verbum pertinere sed etiam cum substantivo arcte cohaerere patet ex aliis locutionibus ubi substantivum σιωπὴ cum praepositione παρὰ coniunctum aliis verbis additum est; legimus verbi causa apud Cassium ipsum (fr. 43, 6): αὔταρκες ἔφη μαρτύριον τὴν σιωπὴν παρ' ἀμφοτέρων ἔχειν, nam licet non eodem haec redeant ac si τὴν ἀμφοτέρων σιωπὴν dixisset, tamen vocabula σιωπὴν παρ' ἀμφοτέρων unam efficiunt locutionem (dixit se silentium utriusque partis idoneum habere testimonium); apud Xenophontem (Hell. 6, 3, 10): ταῦτ' εἰπὼν σιωπὴν παρὰ πάντων ἐποίησεν (quae ubi dixit, effecit ut a parte omnium silentium fieret), ubi praepositionem παρὰ ad substantivum pertinere facile inspicitur; denique apud Sophoclem (El. 469): σιγὴ παρ' ὑμῶν ἔστω, quo loco idem valet de vocabulis σιγὴ .... ἔστω atque de proximis vocabulis σιωπὴν .... ἐποίησεν, quibus exemplis addi potest locus ex Luciano (Demon. c. 63): σιωπὴν δὲ γενέσθαι παρὰ πάντων. Omnibus exemplis perspectis statuendum videtur praepositionem tam cohaerere cum substantivo quam cum verbo εἶναι.

Ex aliis scriptoribus qui verbum εἶναι cum praepositione παρὰ coniunctum usurpaverunt, Herodotum solum laudo, qui II. 45 ita habet:

τοσαῦτα ἡμῖν εἰποῦσι παρὰ τῶν θεῶν εὐμένεια εἴη (ubi praepositio παρὰ a substantivo quoque εὐμένεια pendere videtur).

II. 120: τῶν μεγάλων ἀδικημάτων μεγάλαι εἰσὶ καὶ αἱ τιμωρίαι παρὰ τῶν θεῶν,

I. 4: ἁρπαγὰς μούνας εἶναι παρ' ἀλλήλων, quae verba idem fere valent atque ἐξαρπάζειν παρ' ἀλλήλων (8, 135) vel κλέπτειν παρ' ἀλλήλων (1, 186).

Idem fere quod diximus de verbo εἶναι dicendum videtur de verbo ὑπάρχειν quod eiusdem significationis dici potest. Duobus exemplis (37, 23, 2 et 52, 12, 2) perspectis varie praepositionem pendere dicas a verbo substantivoque: priore enim exemplo fere omnino cum verbo cohaerere videtur (res

enim de quibus sermo est exhibitae dicuntur non a parte eorum qui lubenter eas praebent sed eorum qui coacti sunt dare), altero autem exemplo substantiva ἔχθος et φιλία suam adhibuerunt vim in eligenda praepositione (inimicitiae enim atque amicitia a parte cuiusdam profecta alii obtingunt).

Saepius verbum ὑπάρχειν praepositione παρὰ cum genitivo addita, apud alios occurrit scriptores; e pluribus pauca dabo exempla: Demosth. 4, 33: ἃ δ' ὑπάρξαι δεῖ παρ' ὑμῶν, cf. 18, 1: τοσαύτην ὑπάρξαι μοι παρ' ὑμῶν (sc. εὔνοιαν) [prius exemplum congruit cum nostro priore, posterius cum nostro posteriore]; 20, 82; 2, 27; 1, 10, e. a.; Isocr. 8, 78; 8, 140; 9, 19 (τὰ ἐξ ἀρχῆς Εὐαγόρᾳ παρὰ τῶν προγόνων ὑπάρξαντα).

Iam vidimus saepius in exemplis de quibus postremo loco diximus, praepositionem παρὰ accedere significatione ad ὑπὸ praepositionem, ita ut ἔπαινος γίγνεται παρά τινος fere idem significet atque ὑπό τινος; ex quo facile intellegitur mirum non esse si saepissime apud recentiores auctores, minus autem frequenter apud antiquiores, adhibitam videbimus praepositionem παρὰ in Passivis pro vulgari ὑπὸ praepositione. Quatenus Dio hunc usum praebuerit, § 3a videbimus.

§ 3. De παρὰ cum genitivo verbis passivis addito.

Quia permulta inveniuntur exempla hunc usum probantia apud Cassium, praestabit duobus modis enumerare, primo quatenus praepositio παρὰ cum verbo coniungenda esse videatur, deinde quoad respiciendi videantur auctores actionis verbo expressae. Primo loco in serie exemplorum dabimus ea exempla quae cum Attico sermone accuratius conveniunt; verba enim velut δίδοσθαι, quae cum substantivis cohaerent, quae facile cum praepositione παρὰ coniungantur, primum tenere locum oportebit.

A. Quod attinet ad verba ipsa passivo genere adhibita:

δίδοσθαι παρά τινος nempe:

48, 42, 4: τὸ χρυσίον τὸ π. τῶν πόλεων ἐς τὰ ἐπινίκια εἰωθὸς δίδοσθαι.

57, 17, 7: *πολλὰ χρήματα παρὰ τοῦ Τιβερίου ἐδόθη.*

45, 23, 7: *παρ' ἐκείνου* (sc. *Καίσαρος*) *τῳ δεδομένον τι.*

36, 44, 4: *Φρουρὰν παρὰ τῆς βουλῆς δοθῆναι.*

37, 23, 3: *τὰ διδόμενα παρὰ κρειττόνων δῆθεν ἢ πάντως γε τῶν ὁμοίων.*

52, 3, 1: *τὰ παρὰ τῆς τύχης δοθέντα.*

38, 44, 4: *τὰ δοθέντα αὐτῷ παρ' ἡμῶν* (Caesar alloquitur legatos).

54, 17, 4: *τὸ παρὰ τοῦ δημοσίου σφίσιν .... διδόμενον* (ex aerario fere).

53, 1, 2: *τὸ σύνθημα π. ἀμφοτέρων σφῶν* (sc. *Καίσαρος καὶ Ἀγρίππου*) *ἐδίδοτο.*

fr. 36, 17: *συγγνώμη καὶ π. θεῶν καὶ π. ἀνθρώπων δίδοται τοῖς ἀκούσιόν τι πράξασιν.*

58, 21, 3: *τὰ βιβλία τὰ διδόμενά οἱ π. τῶν μηνυόντων τι.*

52, 35, 1: *μήτε ἔξαλλόν τι μηθ' ὑπερήφανον μήτε π. τῶν ἄλλων μήτε π. τῆς βουλῆς ἢ ἔργῳ ἢ καὶ λόγῳ δοθέν ....*

38, 23, 2: *ῥητῶν ἑκατέρῳ* (sc. *σώματι καὶ ψυχῇ*) *π. τῆς φύσεως καὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν δεδομένων.*

69, 20, 3: *π. τῆς φύσεως ἀνάπηρον καὶ ἄφρονα .... δίδοσθαί τινι* (opp. *π. τῆς κρίσεως .... αἱρεῖσθαι*).

Concedendi sensu:

54, 33, 5: *τὸ ὄνομα .... ἐπεφημίσθη ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν .... οὐ μέντοι π. τοῦ Αὐγούστου ἐδόθη.*

fr. 89, 4: *ὅπερ .... π. τῶν ὑπάτων ἐδίδοτο.*

49, 16, 1: *ταῦτα .... π. τῆς βουλῆς ἐδόθη.*

45, 24, 4: *τῇ π. ὑμῶν ἐξουσίᾳ δοθείσῃ.*

44, 11, 3: *τὴν βασιλείαν π. τοῦ δήμου διδομένην οἱ.*

46, 26, 3: *τὰς δυνάμεις τὰς δοθείσας αὐτῷ π. ἡμῶν.*

45, 22, 3: *τὰς π. τοῦ Καίσαρος ἢ καὶ τοῦ κλήρου δοθείσας ἡγεμονίας.*

61, 7, 3: *ἰσχὺς .... π. ἰδιώτου δοθεῖσά τῳ.*

δωρεῖσθαι παρά τινος:

59, 2, 4: οὐχ ὅπως τὰ π. τοῦ Τιβερίου ἀλλὰ καὶ τὰ π. τῆς προτήθης δωρηθέντα διέλυσε.

71, 8, 1: νίκη παράδοξος εὐτυχήθη, μᾶλλον δὲ π. θεοῦ ἐδωρήθη.

De verbo πέμπεσθαι παρά τινος iam diximus initio § 2 (sub verbis veniendi); inest notio proficiscendi ab aliquo, ita ut quod ab aliquo exeat significetur.

Addi possunt duo exempla verbi quod est ἐπιστέλλειν passivo genere adhibiti, nempe:

51, 8, 1: τὰ παρὰ τοῦ Καίσαρός σφισιν ἐπισταλέντα (ea quae a Caesaris parte sive a Caesare iis mandata erant) et 78, 37, 6: τὰ γραφέντα ὡς καὶ παρ' ἀμφοτέρων ἐπισταλέντα (quae scripta erant tamquam ab utroque data, i. e. ab utriusque parte missa).

Sequuntur verba loquendi:

56, 35, 1: ὅσα π. τῶν συγγενῶν λεχθῆναι ἔδει.

71, 5, 2: τὰ π. ὑμῶν λαληθέντα (Petr. Patr.).

67, 13, 4: δεσπότην τε καὶ θεόν, ἃ π. τῶν ἄλλων ἤδη προσηγορεύετο, πολλάκις ὀνομάσας....

71, 10, 4: π. τῶν στρατιωτῶν τὸ ἕβδομον αὐτοκράτωρ προσηγορεύθη.

36, 36, 3: π. αὐτοῦ Γαβινίου ὡμολόγηται.

70, 3, 1: ὁμολογεῖται π. πάντων καλός τε καὶ ἀγαθὸς γενέσθαι.

79, 18, 2: ὡμολόγητο π. πάντων τῶν.... γενομένων ὅτι.... quod verbum ὁμολογεῖσθαι apud Atticos quoque scriptores saepius cum παρὰ coniunctum occurrit, e. g. apud Xenophontem (Anab. 1, 9, 1), Isocratem (11, 37; 19, 50), apud Lysiam (30, 12), Platonem (p. 360 C), Polybium (4, 74, 8; 11, 34, 13), saepius quoque praepositio πρὸς cum genitivo addita invenitur. Praepositio παρὰ cum Dativo in hoc verbo notione paululum diversa occurrere demonstrant exempla (Xen. Cyr. 1, 3, 18; Isocr. 15, 215; 12, 260), quae apud Polybium multa inveniri possunt.

Hunc usum apud Atticos quoque scriptores inventum, valde

auxit Cassius Dio, dum varia verba cum praepositione παρὰ coniuncta adhibet, quorum alia quodammodo referri possunt significatione ad verba laudata (λέγεσθαι, δίδοσθαι), alia vero eiusmodi sunt ut nihil iam intersit inter praepositiones παρὰ et ὑπό, sicut ἡττᾶσθαι et alia, de quibus nunc videbimus. Ad loquendi significationem fere referenda sunt verba quae sequuntur:

68, 12, 5: παρ' οὗ πάντα .... ἐγνώσθη (i. e. a quo sive ex quo omnia .... cognita fuerunt, nempe eius verbis quibus usus est in explicando); sic apud Platonem (De legg. III. p. 692: τὸ παρ' ἡμῶν γιγνώσκεσθαι ταῦτα).

78, 10, 1: ἐμοὶ .... προεδηλώθη παρὰ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ὅτι .... (mihi antea significatum est ab eius patre ....).

77, 22, 1: διαβάλλοιτο καὶ σκώπτοιτο π. τῶν πολιτῶν.

41, 54, 1: τιμᾶσθαι παρ' ἑκόντων.

67, 15, 1: οὕτως τιμώμενος παρ' αὐτοῦ ὡς καὶ ξιφηφορεῖν.

55, 12, 3a: ἐπῃνεῖτο παρὰ πάντων καὶ ἐσεμνύνετο (Zon.).

79, 18, 5: ἐπαινούμενός ποτε παρὰ τῆς βουλῆς (Petr. Patr.).

79, 18, 4: εὐτυχῆ π. ὑμῶν καλεῖσθαι (Petr. Patr.).

52, 32, 1: ἀξιοῦσθαι (honorari) παρὰ τοῦ κρείττονος.

36, 25, 3: ὧν πολλῶν καὶ μεγάλων παρ' ὑμῶν ἠξιώθην (a vobis dignus habitus sum).

cf. Isocr. 19, 37: παρ' αὐτοῦ .... τῶν μεγίστων ἠξιώθην.

Postremis exemplis calumnia, honor, laudes, nomen beati, dignitas a cuiusdam parte ad aliquem perveniunt, ita ut praepositio παρὰ hisce adhibita locis paulo aliter se habeat atque praepositio ὑπὸ cum iisdem coniuncta verbis; παρὰ enim semper personam indicat a cuius parte proficiscitur notio quae in verbo inest, ὑπὸ autem personam significat quae actionem verbi perficit; cum Dio praepositionem παρὰ adhibet, praesertim respicit substantiva a quibus derivata sunt verba (ἔπαινος, σκώμματα, τιμή), quae a cuiusdam parte originem ducunt ut ad alium perveniant.

Proxime accedunt exempla quae sequuntur:

50, 8, 1: *πολλὰ παρὰ τῶν θεῶν καὶ ἐναργῆ προεδείκνυτο* (ubi praecedunt verba: *πολλὰ ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων καὶ ποικίλα ἐθρυλεῖτο*); hoc loco certa de causa Dio praepositionem *παρὰ* adhibuisse videtur, diversam a praepositione *ὑπὸ* praecedente; signa enim atque indicia a parte deorum ostentantur, sermones autem ab ipsis hominibus ferebantur; illic manifesto indicat praepositio *παρὰ* deos esse auctores a quorum parte exit actio *τοῦ προδεικνύναι*, hic praepositione *ὑπὸ* indicatur mera actio *τοῦ θρυλεῖν* quae ab hominibus fit. cf. 47, 40, 5: *ταῦτα ἐκ τοῦ δαιμονίου σφίσι προεδείχθη*.

68, 28, 3: *ἐψηφίσθη δὲ αὐτῷ παρὰ τῆς βουλῆς τά τε ἄλλα καὶ νικητήρια ὅσα ἐθελήσει διεορτάσαι*.

Verbum *ψηφίζομαι* saepissime apud nostrum passivo sensu occurrit, significatione praeditum passiva verbi decernendi, ita ut *παρὰ τῆς βουλῆς ἐψηφίσθη τὰ ἄλλα* fere idem sit quod *ψηφίσματι ἐδόθη*; ut autem verbum *δίδοσθαι* saepius cum praepositione *παρὰ* coniunctum vidimus, sic nostro loco significare videtur locutio „et alia a senatus parte ei decreta esse (senatorum suffragiis concessa ei) simulque ut triumphos ageret quotquot vellet".

37, 26, 1: *τὰ κατὰ τὸν πόλεμον τὸν πρὸς Σατουρνῖνον οἱ ὕπατοι τότε παρὰ τῆς βουλῆς προσετετάχατο*. Activo genere dicitur *προστάττειν τινί τι* mandare alicui aliquid, passivo autem genere dativus fit subiectum, sicut nostro loco *οἱ ὕπατοι προσετετάχατο* pro activo: *ἡ βουλὴ προσετετάχει τοῖς ὑπάτοις*. Praepositio autem *παρὰ* passivo generi addita non prorsus idem indicat atque *ὑπό*, nam *παρὰ* huic quoque verbo adiuncta localem servat notionem c o n v e n t u m respiciens unde quis *πρόσταγμά τι λαμβάνει*; mandatum igitur a parte senatus consulibus datur, consules a senatorum parte imperia accipiunt.

74, 7, 7: *τοῖς μὲν θάρσος ὡς καὶ παρὰ τοῦ θείου βοηθουμένοις, τοῖς δὲ δέος ὡς καὶ ὑπ' αὐτοῦ πολεμουμένοις ἐμβαλοῦσα*. Operae pretium est animum attendere ad haec verba quia praepositiones *παρὰ* et *ὑπὸ* in eadem sententia occurrunt; videamus

quid intersit, qua de causa diversas adhibuerit Cassius praepositiones. παρὰ τοῦ θείου βοηθουμένοις recte dicitur, quia βοήθεια quaedam a parte deorum ad homines pervenit, ita ut notio localis servetur hac locutione; aliter autem res se habet in altero verbo: ὑπ' αὐτοῦ πολεμουμένοις, quia indicatur solum actionem belligerandi a quodam perfici, dum locus unde πόλεμος infertur omnino non respicitur. Idem observare possumus in:

41, 62, 4 (quem locum quia verbum προπάσχειν passiva significatione praeditum est hic collocavimus): παρ' ἐκείνου (sc. Pompeio) δὲ δὴ πολλὰ καὶ ἀγαθὰ προεπεπόνθεσαν. Verbum πάσχειν passiva significatione usurpatum esse saepius coniunctum cum adverbiis εὖ, κακῶς nemo ignorat; nostro quoque loco πολλὰ καὶ ἀγαθὰ παρ' ἐκείνου προεπεπόνθεσαν passive dicitur pro activa sententia: πολλὰ καὶ ἀγαθὰ ἐκεῖνος αὐτοὺς προεπεποιήκει. Fieri potest ut Dio de industria hoc loco praepositionem παρὰ adhibuerit, cogitans de propria eius vi; in verbo enim προπάσχειν inesse videtur significatio accipiendi, quae verba cum praepositione παρὰ coniungi amant; „multa bona a Pompeio antea acceperant", sic fere interpretari possumus verba Dionea ut optime reddamus praepositionem παρά. Collatis autem aliis locis (Thuc. 3, 67, 5: οὐ προπαθόντες ὑφ' ὑμῶν atque ipsius Dionis 45, 35, 2: πολλὰ ὑπ' αὐτοῦ καὶ ἀγαθὰ προπαθόντας) quorum alter locus eo magis admirationem nobis movet quia eadem occurrunt vocabula atque eo de quo dicimus loco, videtur quidem Cassius sine ullo discrimine promiscue adhibuisse praepositiones παρὰ et ὑπὸ hisce locutionibus, ita ut utraque praepositio indicet tantum, a quodam actionem benefaciendi esse gestam; sed tamen varietas inest, quae ita explicanda est, ut praepositio παρά, ut iam supra diximus, magis respiciat localem notionem, ὑπὸ autem simpliciter indicet personam a qua quid fit, omissa notione locali.

69, 20, 3: παρὰ τῆς κρίσεως καὶ ἀρτιμελῆ καὶ ἀρτίνουν πάντως αἱρεῖσθαι.

Mira est enuntiatio non modo quod attinet ad verba inusi-

tato modo usurpata (π. τῆς κρίσεως αἱρεῖσθαι) sed etiam quod attinet ad ipsam rem de qua sermo est hisce paragraphis. Hadrianus enim ingenti effusione sanguinis contabuit atque ob eam causam aqua etiam intercute laboravit. Idcirco convocavit domum suam principes et spectatissimos ordinis senatorii eosque in lecto decumbens ita allocutus est: „Mihi quidem, carissimi viri, filium natura non dedit, vos vero lege dedistis. Hoc autem differt ab illo, quod quidquid gignitur, eiusmodi nascitur ut deo placuerit; quod autem adoptatur id delectu proprio quis sibi adsciscit; quo fit ut (ὥστε) παρὰ μὲν τῆς φύσεως ἀνάπηρον (mancum) καὶ ἄφρονα πολλάκις δίδοσθαί τινι, παρὰ δὲ τῆς κρίσεως καὶ ἀρτιμελῆ (integrum membris) καὶ ἀρτινοῦν (mente sanum) πάντως αἱρεῖσθαι". „A natura igitur", sic ille, „saepe mancus et insanus alicui datur, a iudicio tum membris integer tum mente sanus omnino deligitur".

Apparet ni fallor nostro loco Dionem consulto effecisse ut posteriora verba (παρὰ δε — αἱρεῖσθαι) cum prioribus verbis (παρὰ μὲν — δίδοσθαί τινι) congruerent; ita quoque mihi explicandus videtur usus praepositionis παρά, quae saepe verbo δίδοσθαι adiuncta similitudinis causa hic verbo αἱρεῖσθαι, opposito verbo δίδοσθαι, addita est. Assimulatio etiam patet ex usu vocabuli κρίσεως sequentis praepositionem παρά, quae praepositio fere nunquam cum rebus inanimis coniuncta invenitur, nostro autem loco ut respondeat vocabulo φύσεως quod p e r s o n a e notionem habere fingi potest. Itaque censemus praepositionem παρὰ hoc loco nullam aliam ob causam nisi adaequandi cupiditate adductum usurpasse Dionem.

77, 8, 3: πολλὰ δὲ καὶ δεινὰ δεδρακότα καὶ διὰ τοῦτο παρ' αὐτοῦ ἐξ ἐκκλήτου δίκης κρινόμενον .... quibus verbis agitur de quodam qui multa facinora perpetravit ideoque παρά τινος ex appellatione (provocatione) κρίνεται. Hoc loco iam evanescere incipit differentia praepositionum παρὰ et ὑπό; nam κρίνεσθαι παρά τινος fere prorsus idem videtur atque ὑπό τινος; si autem vis propria praepositionis παρὰ explicanda est, dicere possumus

analogiam quandam inesse cum verbis loquendi quia iudex qui *κρίνει* i u s d i c i t, *κρίσις* igitur ab eo sive ab eius parte d i c i t u r. Fere nihil tamen interesse videtur inter praepositiones *παρὰ* et *ὑπὸ* cum eiusmodi verbis coniunctas. Saepius, sicut primo capite (pag. 17) vidimus, *κρίνεσθαι παρά τινι* legitur ad indicandam personam coram qua iudicium fit. Hanc ob causam ni fallor, Leunclavius nostro loco, id quod probat Sturzius in editione sua, *παρ' αὐτῷ* legere maluit pro codicis verbis *παρ' αὐτοῦ*; iam indicavimus cur nostra quidem opinione mutatione opus non sit, cum usum Dioneum in verbis passivis cum praepositione *παρὰ* coniunctis respiciamus. Iam sequuntur cetera exempla ubi variandi solum causa praepositio *παρὰ* usurpata esse videtur pro vulgari *ὑπό*:

71, 3, 3: *αἰτηθεὶς παρὰ τῶν στρατιωτῶν οὐκ ἔδωκε χρήματα* (verba Xiphinili, quibuscum conferenda sunt verba Petr. Patr. in exc. Vatic.: *χρήματά ποτε αἰτηθεὶς ὑ π ὸ τῶν στρατιωτῶν οὐκ ἔδωκεν*) qua collatione optime corroboratur sententia nostra, hoc loco omnino nihil interesse inter *παρὰ* et *ὑπό*.

79, 19, 3: *τοὺς ἐξαιτηθέντας παρ' αὐτῶν τῶν συνασελγαινόντων αὐτῷ ἐκδοῦναι ἀναγκασθέντα* (coactum dedere ad supplicium quos illi exposcebant, turpiter cum ipso viventes) ubi idem valet atque proximo loco. Nullum verbum addens alia dabo exempla:

77, 2, 3: *ἑκατόνταρχοί τινες ἐσεπήδησαν ἀθρόοι, παρὰ τοῦ Ἀντωνίνου προπαρεσκευασμένοι.*

70, 1, 1: *οὗτος* (sc. Antoninus) *παρ' ἐκείνου* (sc. Hadriano) *ἐποιήθη* (adoptatus est), quae forma passiva derivatur a mediali forma *ποιεῖσθαι* adoptandi significatione (Xiphilini sunt verba).

77, 21, 1: *ἰσχυρῶς ἔπταισε παρ' αὐτῶν* (sc. Armeniis) *ἡττηθείς* (Thucyd., Herod., Plato *ὑπό τινος ἡττᾶσθαι* usurpaverunt). cf. Polyb. (32, 28, 1): *Ἄτταλος ἡττηθεὶς παρὰ Προυσίου.*

47, 40, 5: *ὅσα παρὰ τῶν ἀνθρώπων κατὰ συντυχίαν ἐπράχθη.* (ubi opponuntur ea quae *ἐκ τοῦ δαιμονίου σφίσι προεδείχθη*, ita ut quodammodo a parte hominum quid factum sit fortuito verti possit).

49, 37, 5: πλοῖα παρὰ τῶν ταύτῃ συμμάχων ποιηθέντα λαβὼν (naves a sociis iis locis fabricatas accepit; quo loco praepositio παρὰ vim verbi quod est λαμβάνειν experta esse videtur).

55, 10, 19: ἐντίμως παρὰ πάντων ὑποδεχόμενος (quae verba Zonarae plura habent quae miremur; verbum enim ὑποδέχεσθαι passivo sensu occurrit, dein praepositio παρὰ pro vulgari ὑπὸ usurpata, fortasse explicatur vi praecedentis vocabuli ἐντίμως cui inest notio honoris qui a quodam vel a cuiusdam parte alteri tribuitur).

fr. 36, 11: αἱ εὐεργεσίαι .... παρ' ἑκουσίας καὶ προθύμου τῆς ψυχῆς ἐκτελοῦνται (beneficia a spontaneo atque alacri animo perficiuntur).

50, 6, 2: ἡ ἡλικία παρ' ἀμφοτέρων (sc. ab Antonio et Cleopatra) σπουδῇ συνήγετο καὶ χρήματα ἁπανταχόθεν συνελέγετο (Hoc loco usus praepositionis παρὰ explicari potest vi verbi sequentis συνελέγετο quod verbum activo genere cum hac praepositione occurrere vidimus).

39, 39, 2: δίκη τις λόγῳ μὲν τοῖς ὑποστρατήγοις σφῶν ἔργῳ δὲ αὐτοῖς .... παρὰ δημάρχων τινῶν ἐπήχθη. (Iudicium quoddam verbo quidem contra legatos eorum re vera autem contra ipsos eos a tribunis plebis nonnullis instituebatur); activum genus huiusce verbi apud Platonem (p. 881 E; p. 943 E) atque Demosthenem (18, 150) legitur: ἐπάγειν δίκην τινί.

57, 18, 1a: ἐκ τῆς ὑπερορίας ἣν παρὰ τοῦ πατρὸς αὐτῆς τοῦ Αὐγούστου κατεδικάσθη δι' ἀσέλγειαν (verba Zonarae quae indicant, Iuliam non revocatam esse ex exsilio, quo a patre suo Augusto damnata erat propter petulantiam). Passivum καταδικάζεσθαί τι (acc.) saepius apud Cassium occurrit, e. g. 68, 1, 2: θάνατον κατεδικάσθησαν. τὴν ἐπὶ θανάτῳ 67, 16, 2; non deest dativus apud Dionem e. g. 60, 33, 3: θανάτῳ καταδεδικασμένοι ἦσαν, sicut saepius apud posteriores (Diodorum, Iosephum, Arrianum).

Saepius verbum ἐπιτρέπεσθαί τι (acc.) παρά τινος apud Cassium legimus, nempe:

46, 16, 2: *ὥστε καὶ τὴν φυλακὴν τῆς πόλεως παρ' ὑμῶν .... ἐπετράπη* (sc. Antonius), quocum cf. Thuc. 1, 126, 1: *οἱ τῶν Ἀθηναίων ἐπιτετραμμένοι τὴν φυλακήν.*

46, 23, 3: *ἣν* (sc. *Κρήτην*) *ὕστερον ἐκεῖνος παρ' ἡμῶν ἐπετράπη.* Utroque loco sermo est de provincia quadam, a senatu alicui mandata.

53, 33, 2: *ἐπιτραπεὶς παρ' αὐτῆς* (sc. *τῆς βουλῆς*) *τὴν διάγνωσιν* (a senatu litis cognitione ei mandata).

46, 26, 3: *ὁ πρὸς τὴν ἐπιτραπεῖσαν αὐτῷ παρ' ἡμῶν ἀρχὴν ἀπεληλυθώς* (qui ad provinciam sibi a nobis mandatam profectus est).

54, 24, 4: *τὴν ἀρχὴν παρὰ τοῦ ἀνδρὸς ἐπιτετραμμένην* (regnum a marito mandatum sc. ei).

Proximis duobus exemplis aliter usurpatur passivum genus atque ceteris locis; hic enim accusativus activi generis (*ἐπιτρέπω τ ὴ ν ἀ ρ χ ή ν τινι*) nominativus factus est (*ἡ ἀρχὴ ἐπετράπη τινί*), illic autem — et sic vulgo — d a t i v u s activi generis (*τινι*) subiectum fit in passivo genere (*ἐπιτρέπομαί τι*).

53, 31, 4: *οὐκ ἐβούλετο* (Augustus) *παρ' ἑαυτοῦ δὴ δοκεῖν αὐτὴν* (sc. *ἡγεμονίαν*) *ἐπιτρέπεσθαι* (noluit Augustus a se imperium mandari videri sc. Agrippae).

48, 26, 2: *ὃς τότε τὰ πράγματα αὐτῶν παρὰ τῶν Ῥωμαίων ἐπιτραπεὶς εἶχεν* (qui tunc a Romanis praepositus eorum res administrabat).

69, 15, 2: *παρ' αὐτοῦ* (sc. *τοῦ βουλευτηρίου* i. e. *τῶν βουλευτῶν*) *τὰς ἀποκρίσεις ποιήσασθαι ἐπιτραπείς.* Hoc loco obiecti vice fungitur infinitivus, ceterum ut superioribus exemplis laudatis.

Iam restat verbum *βεβαιοῦσθαι* quod et medio genere et passivo apud Cassium occurrit coniunctum cum praepositione *παρὰ*. Medium quoque genus huius verbi in verbis passivis cum praepositione *παρὰ* coniunctis collocandum censeo quia significatio passiva inest; *βεβαιοῦσθαι* enim sic vertere possu-

mus: efficere ut sibi confirmetur alqd. ab aliquo. Medii generis exempla haec sunt:

48, 45, 3: τὴν βασιλείαν αὐτοῦ αὐτίκα τε κατέσχε καὶ μετὰ τοῦτο καὶ παρὰ τοῦ Καίσαρος ἐβεβαιώσατο (regnum eius statim occupavit, postea quoque a Caesare sibi confirmatum habet).

53, 2, 6: παρ' ἑκόντων δὴ τῶν ἀνθρώπων τὴν μοναρχίαν βεβαιώσασθαι τοῦ μὴ δοκεῖν ἄκοντας αὐτοὺς βεβιάσθαι (a volentibus hominibus sibi imperium confirmare, ne illi inviti coacti esse viderentur).

53, 12, 1: τὴν ἡγεμονίαν .... καὶ παρὰ τῆς γερουσίας τοῦ τε δήμου ἐβεβαιώσατο (imperium tam a senatu quam a populo sibi confirmatum habebat).

68, 9, 7: ὅπως καὶ παρ' ἐκείνου (sc. τοῦ βουλευτηρίου i. e. τῆς βουλῆς) τὴν εἰρήνην βεβαιώσηται (ut etiam a senatu pacem sibi confirmatam haberet).

Cum hisce exemplis conferendi sunt duo loci Platonis:

Gorg. p. 489 A: ἵνα βεβαιώσωμαι ἤδη παρὰ σοῦ, Rep. p. 461 E: δεῖ δὴ τὸ μετὰ τοῦτο βεβαιώσασθαι παρὰ τοῦ λόγου.

Omnibus locis apparet verbum βεβαιοῦσθαι fere ita supplendum esse: βεβ. ὁμολογήματι παρά τινος γενομένῳ; sic e. g. τὴν βασιλείαν παρὰ τοῦ Καίσαρος ἐβεβαιώσατο idem est quod ἐβεβαιώσατο τὴν βασιλείαν ὁμολογήματι παρὰ τοῦ Καίσαρος γενομένῳ (confirmavit sibi imperium a Caesare, i. e. propter causam, de qua convenit inter eum et Caesarem); eadem breviloquentia occurrit in verbo ἀνομολογεῖσθαι apud Platonem (p. 199 B): ἵνα ἀνομολογησάμενος παρ' αὐτοῦ οὕτως ἤδη λέγω (ut, cum ab eo confessionem assensionemque expressero, tum demum dicam) ubi locutio ἀνομολογησάμενός (τι) παρ' αὐτοῦ idem significat atque ὁμολογήματι παρ' αὐτοῦ γενομένῳ βεβαιωσάμενός (τι) vel εἰδώς (τι).

Ea explicatione simul indicatur cur praepositio παρὰ in has locutiones optime quadret, nempe cognatione verbi ὁμολογεῖσθαι quod praepositionem παρὰ adsciscere amat.

Unicus locus quo passivum genus verbi βεβαιοῦσθαι cum praepositione παρὰ coniunctum occurrit apud Dionem, est

69, 2, 2: ἔγραψε πρὸς τὴν βουλὴν ὁ Ἀδριανὸς ἀξιῶν βεβαιωθῆναι αὐτῷ τὴν ἡγεμονίαν καὶ παρ' ἐκείνης (Hadrianus ad senatum litteras dedit cum vellet sibi imperium ab eo quoque confirmari); sicuti medio genere habemus: ἐβεβαιώσατο τὴν ἡγεμονίαν παρὰ τῆς βουλῆς, ita passive dici potest: ἡ ἡγεμονία π. τῆς βουλῆς ἐβεβαιώθη αὐτῷ; illic autem alio modo atque hic usurpata est praepositio; quod ad medium attinet genus, supra explicuimus, passivo autem genere praepositio παρὰ praepositioni ὑπὸ fere aequiperanda est discrimine vulgari animadverso. Cum apud Demosthenem (7, 10) legimus: ταῦτα βούλεται τἀδικήματα παρ' ὑμῖν βεβαιώσασθαι, non est cogitandum de confirmatione ab Atheniensium parte sive per Athenienses facta, sed localis inest vis praepositioni cum dativo: „coram vobis".

Restat unum exemplum quod singulari usu esse videbimus: fr. 85, 2: καὶ παρ' ἐκείνου (sc. αὐλητοῦ) ὑπαυλοῦντός οἱ ἐρρυθμίζετο καὶ ἐμετρίαζεν, ἢ καὶ εἴ πῃ καὶ ὡς ἐξέπιπτεν καθίστατο. Verba sunt de C. Graccho dicta, qui, cum et argumentorum copia et verborum vehementia in dicendo uteretur maxima, atque ideo vix se ipse continere posset, quin saepissime ad ea quae minime dicta vellet abriperetur invitus, tibicinem deducere secum solebat, καὶ παρ' ἐκείνου κ. τ. ἑ.

Verbum ῥυθμίζεσθαι cum verbo μετριάζειν nostro loco arte cohaerere nemo non videt; μετριάζειν autem, quod transitive quoque apud Dionem occurrit, nostro loco sicuti saepius intransitive usurpatur sensu medio sive passivo. Sic quoque verbum ῥυθμίζεσθαι passivo atque medio sensu accipi potest.

Quia autem verbum μετριάζειν absolute usurpatum saepissime apud Cassium occurrit notione reflexiva m o d e r a t e s e g e r e n d i, hoc loco ῥυθμίζεσθαι reflexive quoque accipiendum mihi videtur significatione se componendi. Verborum contextus itaque sic mihi explicandus videtur: succinente tibia illo ad moderationem se componebat. Quomodo autem praepositionis παρὰ usus explicandus sit, nunc videamus: Idem fere valet quod in verbo βεβαιοῦσθαι diximus: ἐρρυθμίζετο καὶ ἐμετρίαζεν

τῇ αὐλήσει τῇ παρ' ἐκείνου γενομένῃ, ita ut se componere atque moderate se gerere inciperet ab tibicine, i. e. tibicinio ab illo facto; a tibicine igitur ad ῥυθμὸν καὶ μέτρον reducebatur.

Omnibus inspectis exemplis perspicuum est, apud Cassium Dionem usum praepositionis παρὰ in verbis passivis valde auctum esse; ubi enim alii scriptores praesertim antiquiores Attici, praepositionem ὑπὸ usurpaverunt in verbis passivis, ut indicarent personam, a qua quid factum est, Cassius praepositionem παρὰ cum genitivo adhibuit saepe pro vulgari praepositione ὑπὸ ad indicandum auctorem actionis. Denique pauca dicamus de auctoribus ipsis, qui actionem verbo expressam perfecerunt:

B. Quod attinet ad auctores actionis verbis passivis indicatae. Tria sunt genera auctorum vel nominum agentium personarum:

a) Personae ipsae multis occurrunt locis, nempe:

παρὰ τοῦ Καίσαρος 45, 23, 7; 45, 22, 3; 51, 8, 1; 48, 45, 3;

παρὰ τοῦ Τιβερίου 57, 17, 7; 59, 2, 4;

Alia nomina personarum habemus: 54, 33, 5; 36, 36, 3; 67, 15, 1; 41, 62, 4; 77, 8, 3; 77, 2, 3; 70, 1, 1; 53, 31, 4;

ἡμῶν occurrit: 38, 44, 4; 46, 23, 3; 46, 26, 3 (bis);

ὑμῶν: 45, 24, 4; 71, 5, 2; 79, 18, 4; 36, 25, 3; 46, 16, 2;

ἀμφοτέρων: 53, 1, 2; 78, 37, 6; 50, 6, 2;

τῶν ἄλλων: 52, 35, 1; 67, 13, 4;

πάντων: 70, 3, 1; 79, 18, 2; 55, 12, 3a; 55, 10, 19;

Deinde nominamus:

π. τῶν κρειττόνων 37, 23, 3; (quocum cf. π. τοῦ κρείττονος 52, 32, 1, quibus verbis idem significatur atque τῶν κρειττόνων, generali sensu adhibitis);

οἱ μηνύοντες 58, 21, 3;

οἱ Ῥωμαῖοι 48, 26, 2;

οἱ Ἀρμένιοι 77, 21, 1;

οἱ συμμάχοι 49, 37, 5;

οἱ πολῖται 77, 22, 1;

ἑκόντες 41, 54, 1; ἑκόντες οἱ ἄνθρωποι 53, 2, 6;

οἱ στρατιῶται 71, 10, 4; 71, 3, 3;
οἱ συναπελγαίνοντες αὐτῷ 79, 19, 3;
ὁ ἑκατοντάρχης 68, 12, 5;
ὁ αὐλητής fr. 85, 2;
Cognationem indicantia nomina:
ὁ πατήρ 78, 10, 1; 57, 18, 1a;
ὁ ἀνήρ 54, 24, 4;
ἡ προτήθη 59, 2, 4;
οἱ συγγενεῖς 56, 35, 1;
Sequuntur locutiones:
π. θεῶν καὶ ἀνθρώπων fr. 36, 17;
π. τῶν θεῶν 50, 8, 1;
π. τῶν ἀνθρώπων 47, 40, 5;
π. θεοῦ 71, 8, 1;
π. τοῦ θείου 74, 7, 7;
Magistratuum nomina:
οἱ ὕπατοι fr. 89, 4;
δήμαρχοί τινες 39, 39, 2;
opp. *ἰδιώτης* 61, 7, 3;

b) Conventus:
π. τοῦ δήμου 44, 11, 3; 53, 12, 1;
π. τῶν πόλεων 48, 42, 4;
π. τῆς βουλῆς 36, 44, 4; 52, 35, 1; 49, 16, 1; 79, 18, 5; 68, 28, 3; 37, 26, 1; 53, 33, 2; 69, 2, 2;
π. τῆς γερουσίας 53, 12, 1;
π. τοῦ δημοσίου (idem fere quod *π. τοῦ δήμου* publice, ex aerario fere) 54, 17, 4;
π. τοῦ βουλευτηρίου (i. e. *π. τῶν βουλευτῶν*) 69, 15, 2; 68, 9, 7;

c) Res quae tamquam personae auctores actionis esse finguntur:
π. τῆς ψυχῆς fr. 36, 11;
π. τῆς τύχης 52, 3, 1;

π. τῆς φύσεως 38, 23, 2; 69, 20, 3 (quo posteriore loco opponitur π. τῆς κρίσεως);

π. τοῦ κλήρου 45, 22, 3; opp. π. τοῦ Καίσαρος.

Videmus igitur longe maximam copiam exemplorum primam esse nempe personarum, multo minorem esse numerum exemplorum quae sub littera *b* laudavimus, nempe nomina conventuum, rerum autem nomina perpauca esse a praepositione παρὰ pendentium, e quibus priora (ψυχὴ et τύχη et φύσις) quasi personae habentur, cetera autem concinnitatis causa cum praepositione παρὰ coniuncta esse videntur; sed de hisce iam prima § egimus. Nunc transire licebit ad

§ 4, ubi de praepositione παρὰ cum genitivo substantivis addita dicemus.

Hic usus, inde ab Herodoto et Thucydide increbrescens, apud Cassium Dionem frequentissimus est, ita ut fere praepositio supervacanea esse incipiat, genitivi meri vice fungens.

Ea praesertim substantiva cum παρὰ cum genitivo coniungi solent quae cohaerent cum verbis quibuscum praepositio παρὰ coniungitur vel ex eiusmodi verbis derivata sunt. Integram notionem localem servat praepositio, ubi verbum veniendi vel eundi omissum videtur. Saepissime Attici scriptores talia usurpabant substantiva velut πρέσβεις παρά τινος, ἄγγελος, πρεσβεία, χρήματα, μισθὸς similia. Noster quoque huiusmodi praebet exempla:

68, 10, 1: οἱ παρὰ τοῦ Δεκεβάλου πρέσβεις (ubi verbum πεπεμμένοι vel ἀφιγμένοι mente supplendum videtur), 67, 7, 3: ἐπέστειλε (Domitianus) πρὸς τήν Ῥώμην τά τε ἄλλα καὶ πρέσβεις παρὰ τοῦ Δεκεβάλου ἐπιστολήν τε.... Quamquam hic omissus est articulus, tamen praepositio παρὰ arcte cohaeret cum substantivo πρέσβεις, quod idem valet de loco sequente 65, 18, 3: τὴν βουλὴν συναγαγὼν πρέσβεις παρ' αὐτῶν μετὰ τῶν ἀειπαρθένων πρὸς τὸν Κερεάλιον ἔπεμψεν (Tacitus de eadem agens re in Histor. libro III. cap. 80 haec habet: vocato senatu deliguntur

legati ad exercitus; ita Dioneo loco supplendum nobis videtur participium ἐξειλεγμένους vel simile quid). Apud Demosthenem saepius οἱ παρά τινος πρέσβεις occurrunt (e. g. 2, 12); cf. quoque Aristoph. Acharn. 61: οἱ πρέσβεις οἱ παρὰ βασιλέως atque Polyb. (18, 42, 1; 23, 3, 1: 24, 9, 12). Thucydides (4, 83, 4; 7, 10, 1) omittit substantivum dum loquitur de legatis qui a quodam missi sunt (τοῖς παρά τινος).

57, 17, 9: ταῖς π ρ ε σ β ε ί α ι ς ταῖς παρὰ τῶν πόλεων ἢ καὶ τῶν ἐθνῶν οὐδέποτε μόνος ἐχρηματίζεν (i. e. legationibus quae ab urbibus vel a provinciis missae erant, nunquam solus responsum dabat).

68, 17, 2: πρεσβεία αὐτῷ ἐνταῦθα παρὰ τοῦ Ὀρρόου ἐνέτυχε (legatio ab Osroe, Parthorum rege, profecta Traiano, cum Athenas venisset, occurrit).

Rei notissimae exempla afferre vix necesse videtur. Sufficiant Dinarch. I. 18: τὴν μὲν παρ' Ἀντιπάτρου πρεσβείαν ἄπρακτον ἀποστειλάντων, τὴν δὲ παρὰ Θηβαίων .... προσδεξαμένων, Aeschin. II. 109: τῷ κήρυκι καὶ τῇ παρὰ Φιλίππου πρεσβείᾳ.

71, 20, 1: α ὐ τ ο μ ό λ ο υ ς παρ' αὐτῶν καὶ αἰχμαλώτους τῶν σφετέρων πολλοὺς ὑπεδέχοντο (quamquam inconcinne factum est exordium huiusce fragmenti, constat ni fallor praepositionem παρὰ nostro loco coniungendam esse cum substantivo αὐτομόλους, ita ut locutio significet transfugas illos qui ab iis fugerant sive profecti erant; verbum itaque eundi sive veniendi omissum est). Idem valet de loco fr. 36, 10, ubi praepositio παρὰ cum substantivo κήρυκα coniungenda videtur, quamquam sane aliquatenus cum verbo προσδέχεσθαι cohaeret.

Duo sunt loci ubi γ ρ ά μ μ α τ α παρά τινος occurrunt: 58, 9, 5 et 41, 1, 1;

58, 9, 5: γράμματα παρὰ τοῦ Τιβερίου γέρα τινὰ αὐτοῖς διδόντα φέρειν φήσας.

41, 1, 1: γράμματα παρὰ τοῦ Καίσαρος πρὸς τὴν βουλὴν λαβὼν ἦλθεν ἐς τὴν Ῥώμην ....

Utroque loco praepositionem παρὰ cum substantivo γράμματα

π. τῆς Φύσεως 38, 23, 2; 69, 20, 3 (quo posteriore loco opponitur π. τῆς κρίσεως);

π. τοῦ κλήρου 45, 22, 3; opp. π. τοῦ Καίσαρος.

Videmus igitur longe maximam copiam exemplorum primam esse nempe personarum, multo minorem esse numerum exemplorum quae sub littera *b* laudavimus, nempe nomina conventuum, rerum autem nomina perpauca esse a praepositione παρὰ pendentium, e quibus priora (ψυχὴ et τύχη et Φύσις) quasi personae habentur, cetera autem concinnitatis causa cum praepositione παρὰ coniuncta esse videntur; sed de hisce iam prima § egimus. Nunc transire licebit ad

§ 4, ubi de praepositione παρὰ cum genitiv substantivis addita dicemus.

Hic usus, inde ab Herodoto et Thucydide increbrescen apud Cassium Dionem frequentissimus est, ita ut fere praep sitio supervacanea esse incipiat, genitivi meri vice fungens.

Ea praesertim substantiya cum παρὰ cum genitivo coniu solent quae cohaerent cum verbis quibuscum praeposi παρὰ coniungitur vel ex eiusmodi verbis derivata sunt. I gram notionem localem servat praepositio, ubi verbum niendi vel eundi omissum videtur. Saepissime Attici script talia usurpabant substantiva velut πρέσβεις παρά τινος, ἀγγ πρεσβεία, χρήματα, μισθὸς similia. Noster quoque huius praebet exempla:

68, 10, 1: οἱ παρὰ τοῦ Δεκεβάλου πρέσβεις (ubi ve πεπεμμένοι vel ἀφιγμένοι mente supplendum videtur), 67, ἐπέστειλε (Domitianus) πρὸς τὴν Ῥώμην τά τε ἄλλα καὶ βεις παρὰ τοῦ Δεκεβάλου ἐπιστολήν τε.... Quamquam hic o est articulus, tamen praepositio παρὰ arcte cohaeret cu stantivo πρέσβεις, quod idem valet de loco sequente 65, τὴν βουλὴν συναγαγὼν πρέσβεις παρ' αὐτῶν μετὰ τῶν ἀει πρὸς τὸν Κερεάλιον ἔπεμψεν (Tacitus de eadem agen Histor. libro III. cap. 80 haec habet: vocato senatu de

66, 15, 3: τοῖς Πάρθοις τῆς παρ' αὐτοῦ συμμαχίας δεηθεῖσιν οὐκ ἐβοήθησεν.

Omnibus hisce exemplis praepositio παρὰ substantivis βοηθείᾳ, ἐπικουρίᾳ, συμμαχίᾳ addita explicanda est omisso participio quodam verbi veniendi vel mittendi.

Fere vulgaris dici potest hic usus in substantivis quae auxilium indicant quod a quodam proficisci fingitur; apud Atticos scriptores saepius legimus de βοηθείᾳ παρά τινος (e. g. apud Xenophontem Hell. 7, 1, 20, 22 et 28; apud Isocratem 12, 142); item αἱ παρὰ τῶν θεῶν ἐπικουρίαι memorantur Lyc. § 129.

Thucydides saepius τὴν ἀ π ὸ τῆς πόλεως βοήθειαν habet (3, 113, 5; 4, 8, 5; 4, 105, 1) ubi de l o c a l i significatione cogitandum est, non de notione personae quae vocabulo πόλει inesse potest; aliis locis (2, 92, 6; 7, 18, 1; 7, 42, 1) invenimus τὴν ἀπὸ τῶν Ἀθηναίων βοήθειαν, sicut 2, 86, 6 legitur: πρίν τι καὶ ἀπὸ τῶν Ἀθηναίων ἐπιβοηθῆσαι, quibus omnibus locis Bekkerus corrigere vult Ἀ θ η ν ῶ ν pro Ἀθηναίων, invito Classenio, qui adnotat: „ἀπὸ passt auch zu dem Ethnikon ganz gut; vgl. 1, 31, 2 (ὠφελίαν τινὰ ἀπ' αὐτῶν sc. τῶν Ἀθηναίων εὑρίσκεσθαι), 1, 69, 5 (τῇ ἀφ' ὑμῶν sc. τῶν Ἀθηναίων τιμωρίᾳ), 6, 87, 4 (ἀντιτυχεῖν ἐπικουρίας ἀφ' ἡμῶν)".

Locus de quo iam pauca diximus in verbis ferendi (pag. 39) est 55, 11, 3, ubi narratur Thrasyllus quidam praesagiente animo cum procul vidisset τὸ πλοῖον τὸ τὴν ἀ γ γ ε λ ί α ν τῷ Τιβερίῳ τῆς ἐς τὴν Ῥώμην ἀνακομιδῆς παρά τε τῆς μητρὸς καὶ παρὰ τοῦ Αὐγούστου φέρον, praedixisse Tiberio quae ea navis esset nuntiatura. Hoc loco mihi videtur praepositio παρὰ cum substantivo ἀγγελίαν coniungenda esse, quasi τὸ ἀπαγγελλόμενον significans, sicuti apud Lucianum quoque (deor. dial. 24, 1) legimus de Mercurio qui τὰς ἀγγελίας τὰς παρὰ τοῦ Διὸς ἡμεροδρομῶν διαφέρει, ubi τὰς ἀγγελίας reddere possumus τὰ ἀπαγγελλόμενα. Sicut ἀγγελία substantivum verbale significatione τοῦ ἀπαγγελλομένου cum praepositione παρὰ coniungitur, ita vocabulo λόγοις additur praepositio παρά:

38, 37, 2: *ἵν' αὐτοὶ βεβαιοτέραν ἐκ τῶν παρ' ἐμοῦ λόγων τὴν ὑπὲρ τῆς πατρίδος προθυμίαν ποιήσησθε* (quo loco *οἱ παρ' ἐμοῦ λόγοι* idem valent atque *τὰ παρ' ἐμοῦ λεγόμενα* ea quae a mea parte dicuntur). Sic apud Herodotum (6, 54) legimus: *ὡς ὁ παρὰ Περσέων λόγος λέγεται*, (8, 55): *τὰ λόγος παρ' Ἀθηναίων Ποσειδέωνά τε καὶ Ἀθηναίην .... μαρτύρια θέσθαι*. Idem fere Isocr. 10, 19: *τὸν χρησμὸν τὸν παρὰ τῆς Πυθίας*.

Aliud est substantivum nempe *ἐντολαὶ* quod eodem modo tractari potest; legimus 46, 19, 5: *τὰς ἐντολὰς τὰς παρὰ τοῦ δήμου συνέπλασεν* (affinxit mandata a populo data; ubi vocabulum *ἐντολὰς* explicari potest *τὰ ἐντελλόμενα* sive *τὰ ἐντεταλμένα*); cf. Polyb. 3, 106, 9: *αἱ παρὰ τῶν ὑπάτων ἐντολαί*.

Deinde occurrunt exempla ubi substantiva non respondent verbis quae cum praepositione *παρὰ* coniungi solent, nempe:

εὔνοια: fr. 68, 3: *τὴν παρὰ τῶν Ῥωμαίων εὔνοιαν βεβαιούμενοι*, 48, 11, 1: *τῇ παρὰ τῶν ἄλλων εὐνοίᾳ πολὺ αὐτῶν ἠλαττοῦτο*, 60, 31, 2: *ἐρημωθεῖσα τῆς παρ' αὐτῶν εὐνοίας ἐφθάρη*, fr. 55, 8: *τὴν παρὰ τῶν θεῶν εὔνοιαν* (opp. *τὴν παρὰ τῶν ἀνθρώπων εὐδοξίαν*). Saepius occurrit apud antiquiores haec locutio (Isocr. 1, 36; 5, 68; 5, 136; Dem. 18, 3 e. a.; Xen. Mem. 2, 2, 12; Hiero 6, 3).

τιμή: 36, 25, 1: *τῆς παρ' ὑμῶν τιμῆς ἀπολελαυκώς*, 52, 4, 5: *ταῖς τιμαῖς ταῖς παρὰ τῶν ὁμοτίμων χαίρουσι*, 52, 35, 2: *κόσμον ἡ παρὰ σοῦ τιμὴ φέρει*, 53, 23, 4: *ταῖς παρ' αὐτοῦ τιμαῖς ἐχρῆτο*, 54, 29, 2: *πᾶσαν τὴν παρ' ἐκείνου καὶ τιμὴν καὶ δύναμιν .... ἀνήλισκεν* (quibuscum comparanda sunt: Xen. Mem. 1, 3, 3: *ταῖς παρὰ τῶν εὐσεβεστάτων τιμαῖς*, Hiero 7, 6; 8, 3). Aliis locis Xenophon praepositionem *ὑπὸ* ita usurpavit e. g. Cyr. 3, 3, 2: *τῇ ὑπὸ πάντων τιμῇ*. Plato quoque sic habet (Conv. p. 216 C): *τῆς τιμῆς τῆς ὑπὸ τῶν πολλῶν*, quibus locis magis cogitant scriptores de actione colendi, quae a quibusdam fit.

δόξα: 54, 34, 5: *τῇ παρὰ τοῦ θεοῦ δόξῃ*. cf. Plut. Agis 2: *τὴν π. πολλῶν δόξαν*.

εὐδοξία: fr. 55, 8: *τὴν παρὰ τῶν ἀνθρώπων εὐδοξίαν*. De-

mosthenes in epist. (2, 3): *τῆς παρὰ τοῖς ἀνθρώποις εὐδοξίας*, quae locutio eatenus a nostra differt ut praepositio *παρὰ* cum genitivo indicet auctorem, praepositio autem cum dativo quasi locum significet ubi quis laudibus tollitur; idem interest inter nostras locutiones: lof van de menschen atque lof bij de menschen (cf. pag. 19).

εὐεργεσία: 36, 25, 1: *ταῖς παρὰ τῶν πολιτῶν εὐεργεσίαις*.

φιλανθρωπία: 45, 23, 3: *τῇ φιλανθρωπίᾳ τῇ παρ' ὑμῶν .... χρήσασθαι*, 50, 26, 5: *τῆς παρ' ἡμῶν φιλανθρωπίας* (quo loco facile videmus hic quidem parum aut nihil interesse inter adhibitam praepositionem atque omissam, nam antecedit locutio *τῆς ἡμετέρας εὐεργεσίας* pro qua 36, 25, 1 scripsit *ταῖς παρὰ τῶν πολιτῶν εὐεργεσίαις*. Variandi itaque causa et hic et saepius Dio adhibuit praepositionem eiusmodi locutionibus).

χάρις: 42, 31, 2: *τῆς παρὰ τοῦ πλήθους χάριτος* <*οὐκ*> *ἐκοινώνει οἱ* (opp. *τῆς παρὰ τῶν βουλευτῶν αἰτίας τὸ πλεῖστον μετελάμβανε*), ubi etiam praepositio *παρὰ* fere supervacanea videtur.

συγγνώμη: 42, 13, 4: *τῆς παρ' αὐτοῦ συγγνώμης* (ubi participium *διδομένης* suppleri potest collato fr. 36, 17: *συγγνώμη καὶ παρὰ θεῶν καὶ παρὰ ἀνθρώπων δίδοται*).

φιλία: 36, 29, 2: *τὴν παρὰ τῶν πλειόνων φιλίαν*, 37, 12, 2: *ἄνευ τῆς παρ' αὐτῶν φιλίας*.

αἰτία: vid. sub *χάρις* 42, 31, 2 (quae verba ita explicanda sunt: favorem a populi parte <non> cum eo communem habebat, culpam autem a senatoribus tributam cum eo maximam partem communicabat).

ἐλπίς: 46, 37, 4: *πρὸς τὴν ἐλπίδα τὴν παρὰ τοῦ Οὐιβίου*, 46, 6, 3: *τὰς παρὰ τῆς τύχης ἐλπίδας*, 49, 41, 6: *ταῖς παρ' αὐτοῦ ἐλπίσι* (quae verba significant spem quam de eo haberent; ita apud Isocratem Epist. 4, 8: *πρὸς τὰς παρ' ὑμῶν ἐλπίδας ἀθυμότερος ἦν*).

ἔλεος: 43, 10, 3: *τοῦ θανάτου πολὺ τὸν παρὰ τοῦ Καίσαρος ἔλεον χαλεπώτερον ἡγεῖτο εἶναι*.

δέος: 48, 28, 3: *πρὸς τὸ παρ' ἀλλήλων δέος* (cf. Lys. 12, 66: *τὸ παρ' ὑμῶν δέος*).

φόβος: 41, 13, 4: *πρὸς τὸν παρὰ τοῦ Καίσαρος φόβον*, (cf. Lycurg. Leocr. § 130: *ὁ παρὰ τῶν πολιτῶν φόβος*. Din. 2, 23: *ὁ φόβος ὁ παρ' ὑμῶν*). Eadem significatione atque *φόβος* praedita est vox *ἔκπληξις*: 43, 33, 2: *τῇ παρ' ἑαυτοῦ αἰφνιδίῳ ἐκπλήξει καταφοβήσας σφᾶς*.

φθόνος: 52, 33, 9: *τὸν παρὰ τῶν τὸ κράτος ἐχόντων φθόνον φοβούμενοι* (cf. Xen. Cyr. 8, 7, 16: *οὐδὲ φθόνος παρὰ τῶν ἄλλων ἐφικνεῖται*).

Hucusque omnia fere exempla apud Atticos quoque scriptores occurrunt; restant denique nonnulla substantiva quae usum singularem posteriorum scriptorum ostendunt:

ἀσφάλεια: 41, 26, 2: *τῆς τε παρ' αὐτῶν ἀσφαλείας ἕνεκα καὶ ἵνα .... ἔλεξε τάδε*. Haec verba ita mihi explicanda videntur: „ut ab illis tutior esset et ut ....“; „propter securitatem ab illorum parte praebitam“. Saepius apud Polybium occurrit *ἀσφάλεια παρά τινος* e. g. 3, 21, 5: *τοῖς ἑκατέρων συμμάχοις τὴν παρ' αὐτῶν ἀσφάλειαν εἶναι*, 3, 27, 3: *τὴν ἀσφάλειαν ὑπάρχειν παρ' ἑκατέρων τοῖς ἑκατέρων συμμάχοις*, 3, 29, 6: *πᾶσι τοῖς ἑκατέρων συμμάχοις τὴν παρ' ἀμφοῖν ἀσφάλειαν ἀεὶ δέον ἦν ὑπάρχειν*, 3, 69, 6: *τῷ τοιούτῳ τρόπῳ τὴν παρ' ἀμφοῖν ἀσφάλειαν αὐτοῖς ὑπάρξειν*. — Haec significatio a personis etiam ad l o c u m translata est a Dione 39, 35, 3: *ἐν αὐτῷ* (sc. *τῷ συνεδρίῳ*) *ἐνυκτέρευσε, τῆς τε ἀσφαλείας ἕνεκα τῆς παρὰ τοῦ χωρίου, καὶ ὅπως ....* (in curia pernoctavit partim quod eo loco tutum se credebat, partim ut ....). Hic perspicere possumus, quantopere usus praepositionum apud Cassium auctus sit nempe earum quae substantivis addantur; meri enim genitivi vice fungitur nostro loco praepositio *παρά*, cum intellegitur securitas loci, in quo Gallus noctem degebat; sed colorem quendam vividum usus praepositionis hoc loco addere fortasse Dioni videbatur, cum *ἀσφάλεια* enim, vulgo a personis alicui praebita, nunc a loco data esse fingeretur, ita ut a parte huiusce loci securitatem sibi tribui Gallus existimaret.

φρουρά: 42, 33, 1: *τὴν βουλὴν τῇ παρ' αὐτῶν* (sc. *τῶν στρατιωτῶν*) *φρουρᾷ συναγαγὼν* ....

46, 47, 1: *ἄνευ τῆς παρ' αὐτῶν φρουρᾶς οὐδὲ ἐς τὸ βουλευτήριον ἐσφοιτᾶν ἐτόλμα.*

φυλακή: 46, 26, 7: *τὴν παρὰ τῶν στρατιωτῶν φυλακὴν ἐλάβετε* ....

Tribus hisce locis praesidium respicitur, quod cuidam ab aliquo suppeditatur. Sic explicatur praepositionis *παρὰ* usus *τῇ παρ' αὐτῶν* (*γενομένῃ* vel *δοθείσῃ*) *φρουρᾷ* sive *φυλακῇ*. Idem significat fere adhibita atque omissa praepositione haec locutio, quamquam sane addenda praepositione *παρὰ* magis elucet propria vis locutionis, nempe praesidium a quodam proficiscens ad alium.

σπουδή: 61, 6, 2: *ἐπαιρομένων τῶν ἱπποτρόφων τῇ παρ' αὐτοῦ* (sc. Neronis) *σπουδῇ*, de quo studio § 1ª capitis dicit Dio: *περὶ τὰς ἱπποδρομίας τοσαύτῃ σπουδῇ ὁ Νέρων ἐκέχρητο ὥστε κ. τ. ἑ.* Nostro loco praepositio *παρὰ* ni fallor fere supervacanea dici potest, nec tamen prorsus idem significat locutio *τῇ σπουδῇ αὐτοῦ*. Etenim propter hoc studium quod in Nerone videbant superbe efferebantur ii qui equos alebant atque aurigae; ad explicandum usum praepositionis *παρὰ* hac in locutione suppleri potest participium *γενομένῃ*.

Idem verbum *γενέσθαι* supplendum est in 44, 48, 2:

συντέλεια: *ἵνα τοῦτο ἐκ τῆς παρὰ τῶν ἄλλων συντελείας ἀνταναπληρωθῇ.* Collato enim 55, 12, 5 videmus verbum *γενέσθαι* additum esse: *διὰ τὴν συντέλειαν τὴν παρὰ τοῦ δήμου οἱ γενομένην.*

Aliis substantivis praepositio *παρὰ* ita addita est ut participium verbi *δίδοσθαι* omissum videatur, e. g.:

ἀφορμή: *ταῖς παρ' ὑμῶν ἀφορμαῖς ἐφ' ὑμᾶς αὐτοὺς ἀπεχρήσατο* (occasionibus a vobis oblatis adversus vosmet ipsos abusus est); hic enim praepositioni *παρὰ* addendum videtur vocabulum *διδομέναις* vel *δοθείσαις*. Participium de quo diximus additum habemus 45, 24, 4, ubi sermo est de *τῇ παρ' ὑμῶν ἐξουσίᾳ δοθείσῃ*. Ceterum admodum nota est locutio *ἀφορμὰς*

διδόναι, ut vix opus sit alia laudare exempla ex quibus participium *δοθείσαις* vel *διδομέναις* nostro loco supplendum esse appareat.

Substantivum *ἐξουσία* ita usurpatum occurrit fr. 64, 1: *τῆς παρὰ τῶν ὅπλων ἐξουσίας* et duobus locis invenimus substantivum *ἰσχύν* nempe: 41, 32, 5: *ἡ παρὰ τῶν ὅπλων ἰσχὺς εὔελπίς ἐστιν* et 41, 36, 4: *τῇ παρὰ τῶν ὅπλων ἰσχύι ἐχρῆτο*, ubi indicatur robur quod quis habet ab armis, vis quae ab armis alicui tribuitur.

Ulterius progressum videmus usum praepositionis fere superfluum in locutione *τὰ παρὰ τῶν νόμων ἆθλα* de quibus legimus 56, 8, 4: *πρὸς τοῖς ἄλλοις ἀγαθοῖς τοῖς φύσει προσοῦσιν αὐτοῖς καὶ τὰ παρὰ τῶν νόμων ἆθλα .... πάντα ἄν τινα πειθαρχῆσαί μοι ὑπαγάγοιτο* (praeter alia commoda quae res ista sua natura secum fert, ipsa etiam legibus proposita praemia omnes permovere debent ut mihi pareant); *τὰ παρὰ τῶν νόμων ἆθλα* nihil differunt ab *τοῖς τῶν νόμων ἄθλοις* quibus verbis indicantur praemia legum, id est praemia quae legibus cuidam dantur, ita ut mente supplendum videatur participium *διδόμενα*.

Propius etiam ad meri genitivi usum accedit praepositio *παρὰ* locis qui infra sequuntur:

43, 17, 5: *τὴν πρόνοιαν τήν τε κηδεμονίαν τὴν παρ' ἐμοῦ καρπούμενοι* (fructum capientes ex mea providentia atque cura mea), ubi praepositio eadem fere vice fungitur atque in locutione *ἡ παρά τινος εὔνοια*, quia nostro quoque loco *κηδεμονία* ab aliquo ad alium proficisci cogitatur.

65, 8, 3[2]: *τὸ φρόνιμον αὐτοῦ πρὸς ἐπιθυμίαν σφᾶς ἦγε τῆς παρ' αὐτοῦ προστατείας* (prudentia eius adducebat eos ut se ab eo regi cuperent) quibus verbis indicatur *ἡ προστατεία* (patrocinium, cura) quae *παρ' αὐτοῦ* originem ducens ad eos pertinebat.

fr. 43, 6: *αὔταρκες ἔφη μαρτύριον τὴν σιωπὴν παρ' ἀμφοτέρων ἔχειν* (dixit se satis testimonii habere utriusque partis silentium); hoc loco praepositionem *παρὰ* cum substantivo *σιωπὴν* esse

coniungendam certum mihi videtur. Possis sane verba παρ' ἀμφοτέρων ad praecedens μαρτύριον quoque trahere, quia convenit cum usu Dioneo dictio illa μαρτύριον παρά τινος. Sed neque contextus sententiae hoc loco illud commendat; sequitur enim τῶν μὲν et τῶν δὲ arcte cum substantivo μαρτύριον coniungendum, neque exempla antiquorum. Saepenumero enim σιωπὴν παρὰ πάντων ποιῆσαι et σιωπὴν παρὰ τῶν ἄλλων Dio in Xenophonte Thucydide Polybio legerat; nostro autem loco idem significat ἡ σιωπὴ παρ' ἀμφοτέρων atque ἡ σιωπὴ ἀμφοτέρων ita ut prorsus superflua sit praepositio, quae modo explicari potest analogia aliorum locorum quibus verbum additum est quocum simul cohaeret praepositio.

Extremum exemplum luce clarius ostendit Cassium Dionem adamasse praepositionis usum in substantivorum coniunctione, nempe:

fr. 55, 1: ὅτι πέφυκε πᾶν τὸ ἀνθρώπειον δεσπόζειν τε ἐπιθυμεῖν τῶν ὑπεικόντων καὶ τῇ παρὰ τῆς τύχης ῥοπῇ κατὰ τῶν ἐθελοδουλούντων χρῆσθαι (Natura homines dominari cupiunt iis qui cedunt, atque fortunae inclinatione uti adversus eos qui voluntariam servitutem serviunt). Inspicientibus 44, 38, 6 apparet nobis ibi Cassium omittere praepositionem cum dicit de καιροῦ ῥοπῇ τινι, nostro tamen loco praepositio παρὰ adhibita esse videtur quia ἡ τύχη personae vice fungi fingitur, a qua ῥοπή τις movetur. Sic enim mihi explicanda videtur praepositio quae vero optime omitti poterat; nam nihil interest inter τὴν παρὰ τῆς τύχης ῥοπὴν atque τὴν τῆς τύχης ῥοπήν.

§ 5. Quoniam de hisce iam satis diximus, superest ut agamus de locutione τὰ παρά τινος.

Haec locutio, iam inde ab Herodoto frequenter usurpata ab Atticis scriptoribus, variis modis suppleri solet: modo verbum dicendi modo verbum efficiendi mente suppleri potest. Apud Herodotum, Thucydidem aliosque saepius τὰ παρά τινος (sc. λεγόμενα) occurrit; noster autem quod reppererim, semel tan-

tum adhibet, nempe 73, 17, 4: συναγαγὼν ἡμᾶς ἐς τὸ Ἀθήναιον καλούμενον .... τὰ παρὰ τῶν στρατιωτῶν ἐδήλωσε. (quae verba, e Xiphilino desumpta, mihi respicere videntur ea quae paulo ante dicta sunt: τοῦτο Σιλίῳ Μεσσάλᾳ τῷ ὑπατεύοντι τότε ἐμήνυσαν. Milites itaque consuli Silio Messalae significaverant, percussores Pertinacis esse comprehensos, quo facto consul convocatis senatoribus in Athenaeum quod dicebatur, exposuit quid a militibus esset factum sive significatum; facile suppleri potest participium μηνυθέντα, ita ut verbum dicendi omissum fingatur).

Nusquam Cassius Dio locutionem quae est οἱ παρ' ἡμῶν sive αὐτῶν quam saepissime apud Polybium legimus, usurpasse videtur.

§ 6. Sed ut hanc disputationis nostrae partem absolvamus restat ut pauca disseramus de locutione αὐτὸς παρ' ἑαυτοῦ quam bis apud Dionem repperi:

42, 20, 1: οὐχ ὅτι καὶ αὐτὸς παρ' ἑαυτοῦ οὐ τοῦτ' ἤδη λαβὼν εἶχεν, ἀλλ' ἵνα καὶ ἐν νόμῳ δή τινι αὐτὸ ποιεῖν δόξῃ. (non quod is eam sibi potestatem nondum ipse sumpsisset, sed ut iam secundum leges exercere videretur).

52, 35, 2: πάντα δὲ δή τις αὐτὰ αὐτὸς παρ' ἑαυτοῦ λαμβάνων οὐχ ὅσον οὐκ ἔπαινον ἴσχει, ἀλλὰ καὶ γέλωτα προσοφλισκάνει (quae vero suo ipsius impulsu quis accipit, ea tantum abest ut laudari soleant ut risu potius excipiantur).

Locutio παρ' ἑαυτοῦ διδόναι τι quae saepius apud scriptores legitur, significat „suis sumptibus" sive „de suo" dare alqd.; translato sensu itaque nostris locis vertendum esse videtur: „per se, suo ipsius impulsu, non alienis opibus".

Casui tribuerim quod non nisi coniunctum cum verbo λαμβάνειν haec locutio apud Dionem occurrit. Attamen ostendunt haec exempla ampliandi quoddam studium in scriptore nostro. Nam si quis dicitur παρ' ἑαυτοῦ ἐκτίνειν sive παρ' ἑαυτοῦ ἀναλίσκειν (ut in oratoribus est), ille quoque ἀναλίσκει λ α β ὼ ν παρ' ἑαυτοῦ.

§ 7. Postremo quattuor nobis reliqui sunt loci, de quibus separatim agendum esse videtur:

48, 9, 4: *μάχαι σφῶν συνεχεῖς ἐγίγνοντο, ὥστε καὶ τιτρώσκεσθαι καὶ ἀποθνήσκειν παρ' ἀμφοτέρων ὁμοίως πολλούς.*

47, 37, 5: *ἀντικαθημένων δὲ αὐτῶν ἀλλήλοις ἐκδρομαὶ μὲν καὶ ἀντεπέξοδοι παρ' ἀμφοτέρων ὡς ἔτυχεν ἐγίγνοντο, μάχη δὲ ἐκ παρατάξεως οὐδεμία .... συνηνέχθη.*

49, 10, 1: *τέως μὲν οὖν ἰσοπαλεῖς ἦσαν, οὕτω τε ταῦτα παρ' ἀμφοτέρων ὁμοίως ἐγίγνετο ....*

46, 38, 7: *φόνου παρ' ἀμφοτέρων πολλοῦ γενομένου τραπεὶς ἔφυγε.*

Omnibus hisce locis Latine optime u t r i m q u e vertitur; locutio *παρ' ἀμφοτέρων* p e r s e mihi usurpata videtur ut significet, ab utraque parte, ex utroque exercitu vel d e u t r i s q u e. Quamquam raro sane occurrit haec locutio, exempla invenimus aliquot apud Diodorum Siculum qui habet in Biblioth. Hist. 19, 42, 6: *πολλοὶ παρ' ἀμφοτέρων ἔπιπτον* (quocum congruit primus noster locus; *πίπτειν* enim idem est atque *ἀποθνήσκειν*). Genitivus *ἀμφοτέρων* et dativus *ἀμφοτέροις* in codicibus Diodori confusi occurrunt nonnullis locis, e. g. 18, 44; 19, 76, 2 ubi *συχνοὶ παρ' ἀμφοτέροις* (aliis codd. *ἀμφοτέρων*) *ἔπεσον* legimus, quae res Wesselingium movit ut dativum ubique praeferendum iudicaret, invito Schaefero qui genitivum defendit locis in testimonium vocatis ubi nihil varietatis ex ibris enotatum est, e. g. 16, 7: *πολλῶν ἀνθρώπων παρ' ἀμφοτέρων διαφθαρέντων*, cui loco addi possunt: 11, 13, 2: *πολλαὶ νῆες παρ' ἀμφοτέρων διεφθάρησαν* (ubi Vogel in edit. adnotat: *ἀμφοτέροις* malim), 13, 8, 1: *πολλῶν παρ' ἀμφοτέρων ἀναιρεθέντων* (Vogel: *ἀμφοτέροις* praestat), 14, 52, 5: *παρ' ἑκατέρων οἱ κινδυνεύοντες ἀπῆλθον*, 13, 17, 5: *παρὰ δὲ τῶν Συρακοσίων ὀκτὼ μὲν τελέως διεφθαρμένων, ἐκκαίδεκα δὲ συντετριμμένων*, (ubi nihil adnotatum invenimus a Vogelio, quamquam idem est usus praepositionis atque superioribus locis).

Non eundem intellectum habere praepositionem *παρὰ* cum

genitivo atque cum dativo coniunctam facile assentimur, ita ut eiusmodi locis quales laudavimus tum apud Cassium Dionem cum apud Diodorum occurrentes semper exeundum sit a notione particulae „unde". Locutio itaque παρ' ἀμφοτέρων optime se habet cum interpretamur: „ab utraque parte, i. e. a parte duorum populorum sive virorum sive militum", quae locutio absolute tum usurpata esse videtur. Haec exempla Dionea opinionem Schaeferi corroborare possunt, contendentis omnino non opus esse adhibere correctionem sive mutationem, quoniam optime explicari possit genitivus.

Haec sufficiant de praepositione παρὰ cum genitivo coniuncta.

CAPUT TERTIUM.

De praepositione παρὰ cum accusativo coniuncta.

Duplicem potissimum usum habet praepositio παρὰ cum accusativo coniuncta.

I. additis verbis movendi personam vel locum indicat quo motus fit.

II. adiunctis verbis quae et movendi et quiescendi notionem habent, personam vel locum indicat iuxta quem quid est vel praeter quem quid movetur.

Praepositio παρὰ cum accusativo coniuncta, verbis movendi additis, apud duos scriptores saepissime occurrit, nempe apud Herodotum (qui amplius quam centum et quinquaginta locis adhibuit usum) atque apud Thucydidem (qui circiter sexaginta locis ita praepositionem usurpavit); vid. Helbing l.l. pag. 129. Recentiores scriptores praepositiones πρὸς et ἐπὶ praetulisse videntur, dum παρὰ praepositionis hic usus prorsus vel fere evanescit; secundum v. d. Rau (p. 53) apud Homerum duodecim tantum exempla inveniuntur quibus praepositio παρὰ addita est verbis eundi; post Aristotelis tempora fere omnino evanuit usus, praesertim in dialecto κοινῇ, quatenus κοινὴ iure dicitur scribendi ratio quam sequuntur Polybius et Diodorus, qui adamant praepositiones πρὸς et ἐπί; item apud Dionysium,

qui praepositione ἐπὶ pro παρὰ praepositione usus est. Contra in fragmentis Nicolai Damasceni Historiarum viginti unum exempla enumeravit idem Helbing (l.l. pag. 130), quem usum praeter alia ex Herodoto sumpsisse Nicolaus videtur; in Archaeologia quoque Iosephi compluribus (32) locis praepositio παρὰ invenitur, at in Bello Iudaïco, cuius sermo propior est τῇ κοινῇ, semel tantum occurrit (2.45). Plutarchus, qui valde amat praepositionem πρός, quindecim modo affert praepositionis παρὰ cum accusativo coniunctae exempla (Galb. 19; Arat. 39; Timol. 9; Cat. min. 14; Anton. 59; Mar. 43, etc.).

Altero saeculo p. C. n. Arrianus imitatus Herodotum saepius adhibuit praepositionem παρὰ cum accusativo quod idem fecit Pausanias.

Cassius Dio tamen atque Herodianus (tertio itaque saeculo) rarissime aut omnino non praepositionem παρὰ eo sensu adhibuerunt; idem valet de quarti saeculi scriptoribus Eusebio et Zosimo. Initio sexti saeculi Priscus saepissime usum praebet (nonagies fere in fragmentis παρὰ cum accusativo invenitur) quamquam nonnullis locis is qui excerpsit opera, praepositionem παρὰ usurpasse videtur suo periculo; apud Procopium quoque usus servatus est. De omnibus hisce conferendus est Helbing l.l. pag. 130.

§ 1. De παρὰ cum accusativo coniuncto, personam vel locum quo motus fit indicante, verbis e u n d i additis.

Idem quod de praepositione παρὰ cum genitivo et dativo coniuncta valere vidimus, hic quoque valet: hanc praepositionem in pedestri certe sermone a rebus inanimis fere esse alienam. Pauca inveniuntur exempla, quibus res inanimae ita occurrunt, nempe:

Herod. I. 48: διέπεμψε π. τὰ χρηστήρια.

„ IX. 97: ἀπικέσθαι π. τὸ ἱρόν.

„ I. 55: Φεύγει π. Ἕρμον (ubi o r a c u l u m editur); prioribus locis fere personae sunt quae adeuntur; χρηστήρια

enim et ἱρὸν dicta sunt pro iis qui oraculis sive templo praesunt ad interpretandam vel significandam deorum voluntatem; postremo exemplo oraculum refertur, in cuius versibus epicam dictionem observari consentaneum est; Homericis autem carminibus haud semel cum verbis eundi coniunctam invenimus praepositionem παρά (ἰέναι παρά τε κλισίας καὶ νῆας 'Αχαιῶν) vel quod proprius ad locum Herodoti accedit Φ 603: τρέψας πὰρ ποταμόν.

Xenophon Hell. 2, 15: παρ' ἑκάστην ναῦν προσιών (ubi personarum quoque notio inest, nempe ναυτῶν).

Plato Phaedo p. 113 B, de Pyriphlegethonte flumine dicit: ἀφικνεῖται παρ' ἔσχατα τῆς 'Αχερουσιάδος λίμνης, οὐ συμμιγνύμενος τῷ ὕδατι (hoc loco praepositio παρὰ usurpata esse videtur, non praepositio πρὸς, ut indicetur fluvium fere ad Acherusii lacus oras extremas accedere nec tamen aquas miscere.

Lysias I. 35: παρὰ τοὺς νόμους ἐλθεῖν (ubi νόμοι quasi personae quas adimus, esse finguntur).

Loci ubi praepositio παρὰ verbis eundi addita est apud Cassium Dionem, hi sunt:

28, 1: ὡς φίλων π. φίλους ἰόντων (ubi codicum lectio φίλοις rectissime, ni fallor, a Reiskio in φίλους mutata est; cf. Xen. Anab. 2, 5, 27, ubi codices Τισσαφέρνει habent, restitutum autem est iure Τισσαφέρνην).

104, 7: ὡς π. φίλους αὐτοὺς ἐσῆλθε.

69, 12, 3: ὅπως π. ἀλλήλους ὑπὸ γῆν διαφοιτῶντες λανθάνωσι.

77, 23, 3: ὅπως μηκέτ' ἀδεῶς π. ἀλλήλους φοιτῷεν.

77, 12, 1[a]: ὡς δὴ π. φίλον αὐτὸν ἥκειν.

In Petr. Patr. exc. de leg. G 6 (vid. 71, 3, 1[a]) haec legimus: πρέσβεις παρὰ 'Ιάλλιον Βάσσον στέλλουσι, quocum conferenda sunt Herodoti aliorumque loci permulti, ubi verba mittendi cum praepositione παρὰ cum accusativo personae coniuncta occurrunt.

S u b s t a n t i v a quoque, ab eiusmodi verbis derivata, velut ἄπιξις, ἄνοδος, ἔφοδος, ἔσοδος, στόλος, καταφυγή, cum praepositione παρὰ coniuncta, licet raro, occurrunt apud Herodotum,

Thucydidem, Xenophontem, Platonem, apud nostrum autem ita adhibita omnino non inveniuntur.

§ 2. Verbis movendi addita praepositio παρὰ cum accusativo non modo indicat personam vel locum quo motus fit, sed etiam significat:

a) aliquem iuxta, secundum rem se movere.

b) aliquem praeter, ultra, trans rem moveri.

a) Videndum est de iis locis, ubi adiuncto aliquo verbo movendi de personis vel rebus agitur, quae iuxta vel secundum aliquam rem se movent:

37, 3, 1: ἐς τὴν Κολχίδα π. τὸν Φᾶσιν καταβήσεσθαι (cf. Her. 2, 29: ἀποβὰς π. τὸν ποταμόν).

40, 20, 3: π. τε τὸν Εὐφράτην καὶ δι' αὐτοῦ κομισθῆναι (itidem κομίζεσθαι παρά τι Her. 5, 43; 7, 49; 7, 193; Thuc. 2, 83; 3, 81; Polyb. 1, 21, 29, 39 cet.).

75, 9, 3: πλέων καὶ βαδίζων π. τὸν Εὐφράτην (βαδίζειν παρὰ cf. Dem. 45, 68).

75, 9, 5: ἄνω π. τὸν Τίγριν ἀνεπορεύθησαν (πορεύεσθαι παρά τι habet Her. 5, 100; 8, 33; Xen. Hell. 4, 5, 5; Polyb. 3, 50; παραπορεύεσθαι παρά τι Polyb. 3, 14).

Hisce locis igitur de fluminibus agitur, iuxta sive secundum quae motus fit. Idem valet de ripis:

40, 35, 1: ἐπιπαρῆλθεν ἐπὶ πολὺ π. τὴν ὄχθην.

43, 7, 2: π. αὐτὴν τὴν ῥαχίαν παριέναι (παριέναι παρὰ τὴν Βαβυλῶνα apud Xenophontem Cyr. 5, 2, 29).

Sequuntur ii loci, ubi quis in mari navigans secundum vel iuxta continentem se movere dicitur, nempe:

48, 27, 4: π. τὴν ἤπειρον .... παρακομισθείς.

42, 3, 1: π. τὴν ἤπειρον .... κομισθείς.

Sic quoque: 49, 1, 1: π. τὴν Ἰταλίαν ἐκομίζετο (oram Italiae legit); 49, 17, 2: π. τὴν Ἰταλίαν παρέπλευσε (vid. Thuc. 8, 104).

Hisce adiungendus, licet satis multum distet, locus 48, 50, 3: τὸ διεῖργον τὴν Λουκρινίδα ἀπὸ τοῦ πελάγους ἐπ' ἀμφότερα π.

αὐτὴν τὴν ἤπειρον ὁ Ἀγρίππας συντρήσας λιμένας ναυλοχωτάτους ἀπέδειξεν (ubi verba *π. αὐτὴν τὴν ἤπειρον* hoc mihi significare videntur: per totam latitudinem continentis sive quantum vergebat inter duo maria; verisimile est hanc significationem, quae rectis angulis secat usitatam rationem *πλεῖν π. τὴν ἤπειρον*, ortam esse ex ampliatione usus spectantis tempus apud recentiores scriptores. Itaque ut e. g. locutio *π. τοῦτον τὸν χρόνον* indicat spatium temporis per quod quid fit, ita nostro loco verba *π. αὐτὴν τὴν ἤπειρον* significant spatium loci, per quod perfodisse dicitur Agrippa interstitium illud).

b) Difficile nonnunquam est intellegere utrum significationem iuxta an praeter habeat praepositio *παρὰ* cum accusativo coniuncta.

Nobis autem significationem praeter habere videtur praepositio hisce locis:

46, 55, 1: *τοῦ ποταμοῦ τοῦ π. τὴν Βονωνίαν παραρρέοντος* (cf. Herod. 6, 20; 7, 200; Xen. Anab. 5, 3, 8).

49, 37, 3: *ὁ Κόλοψ ὀνομαζόμενος π. αὐτὸν τὸν περίβολον παραρρέων.*

49, 37, 4: *ὁ Κόλοψ π. αὐτὰ τὰ τείχη παρεξιὼν* (cf. Paus. 8, 39, 1).

74, 10, 2: *πρὸς τὴν Προποντίδα π. αὐτὴν τὴν πόλιν .... χωρεῖ* (quocum aliquatenus conferri potest locus Thucydideus (3, 106, 2): *καὶ διελθόντες τὴν Στρατίων γῆν ἐχώρουν δία τῆς Φυτίας καὶ αὖθις Μεδεῶνος παρ' ἔσχατα, ἔπειτα διὰ Λιμναίας*).

57, 63: *καὶ δράκων παρὰ τὸ στρατόπεδον μέγας διὰ τῆς ἐπὶ τὴν Καρχηδόνα φερούσης ὁδοῦ παρείρπυσεν.* (Hic praeter castra Scipionis serpsisse dicitur serpens magnus, vastationis signum, via qua Carthaginem itur, quod factum felix accepit omen Scipio).

Transeundum est ad eos locos ubi addito verbo sive quiescendi sive movendi actio indicatur quae iuxta rem fit, vel simpliciter personam remve ad latus rei sitam esse significatur praepositione *παρά*.

Occurrunt itaque apud Cassium quoque ut apud alios scrip-

tores, exempla quibus praepositio παρὰ cum accusativo coniuncta invenitur nullo addito verbo quo motio directiove indicetur. Oritur quaestio quid intersit inter usum dativi atque accusativi in eiusmodi exemplis. Praepositio παρὰ cum dativo locali exactius atque accuratius locum circumscribit apud quem iuxtave quem persona resve quaedam versari fingitur; cum accusativo autem coniuncta minus subtiliter praepositio significat, ad latus rei personam remve esse positam sive porrectam. Sed iam apud antiquiores scriptores, imprimis apud historicos, usum praepositionis παρὰ cum accusativo coniunctae accrescere videmus sensu mere locali, e. g. apud Herodotum 4, 87: κατελείφθη π. τὸν νηόν, Xenophontem An. 1, 8, 5: π. Κλέαρχον ἔστησαν, Thucydidem 5, 67, 2: π. δ' αὐτοὺς οἱ ξύμμαχοι ἦσαν (qui locus valde delectat quia paulo ante eadem significatione dicitur παρ' αὐτοῖς).

Praesertim Thucydides praepositionem παρὰ cum accusativo adhibuit ad verba qualia sunt τιθέναι, ἐπιτάττεσθαι, ut indicaret personam iuxta quam quis ponit rem ita ut ea res in vicinitate personae illius sit (2, 2, 4: ἀνεῖπεν ὁ κήρυξ .... τίθεσθαι π. αὐτοὺς τὰ ὅπλα; 6, 67, 2: τοὺς ἱππέας ἐπετάξαντο ἐπὶ τῷ δεξιῷ .... π. δ' αὐτοὺς καὶ τοὺς ἀκοντιστάς). Postremum usum (in verbis ponendi, collocandi) apud Cassium quoque habemus tribus vel quattuor locis, nempe:

42, 26, 1: μέλισσαι ἐν τῷ Καπιτωλίῳ π. τὸν Ἡρακλέα ἱδρύθησαν.

43, 45, 3: εἰκόνα ἐς τὸ Καπιτώλιον π. τοὺς βασιλεύσαντάς ποτε ἐν τῇ Ῥώμῃ ἀνέθεσαν.

43, 45, 4; π. ταύτην (sc. εἰκόνα) τότε τὴν τοῦ Καίσαρος ἔστησαν.

47, 20, 4: εἰκόνας σφίσι χαλκᾶς π. τε τὴν τοῦ Ἁρμοδίου καὶ π. τὴν τοῦ Ἀριστογείτονος ἐψηφίσαντο (sc. ἀνατεθῆναι).

Quibus locis praepositio παρὰ significat „ad latus cuiusdam" vel minus exacte „in vicinitate alicuius"; signa indicantur iuxta quae quid collocatur sive considit (ut apes iuxta Herculis simulacrum considunt). Liberior autem hic praepositionis usus originem ducere videtur ex eiusmodi exemplis quale ha-

bemus in Xenophontis Anab. 1, 2, 13: ἦν π. τὴν ὁδὸν κρήνη, ubi antiquae notionis vestigia non latent, nam revera secundum viam fontem fluxisse dicas. Eundem praepositionis usum in verbis ponendi, considendi, consistendi apud antiquiores quoque scriptores saepius invenimus; pauca dabo exempla quae illustrent rem:

Aristoph. Lys. 1122: στῆτε παρ' ἐμὲ πλησίον, 1275: ἀνὴρ παρὰ γυναῖκα καὶ γυνὴ στήτω παρ' ἄνδρα. Plato p. 310 C: ἐκαθέζετο π. τοὺς πόδας μου, p. 328 C: ἐκαθεζόμεθα π. αὐτόν. Aristoph. Vesp. 392: π. τὸν κλάοντα καθῆσθαι. Plat. p. 271 B: ὁ π. ἐμὲ καθήμενος, p. 465 C: θέμενοι π. γυναῖκάς τε καὶ οἰκέτας. Her. 6, 86 α: τὰ ἡμίσεα πάσης τῆς οὐσίης ἐξαργυρώσαντα θέσθαι π. σέ (deponere apud te); postremo sensu „deponendi" oratores dativum praepositioni παρὰ adhibere solent.

Sequuntur nonnulla exempla Dionea quibus praepositio παρὰ cum accusativo coniuncta addito verbo quiescendi modo habet significationem „iuxta", modo „secundum".

Prior significatio dilucide apparet in fr. 36, 24: ῥίζας τινὰς π. τὰ σκηνώματα οὔσας ἐκκόψαι τῷ ῥαβδούχῳ προσέταξεν (radices quae iuxta tabernacula erant; cf. Xen. Anab. 3, 4, 9: π. ταύτην τὴν πόλιν ἦν πυραμὶς λιθίνη, Her. 5, 45: νηὸν ἐόντα π. τὸν ξηρὸν Κρᾶθιν).

Contra παρὰ s e c u n d u m significat hisce locis: 39, 46, 1: ὁ Κράσσος ὁ Πούπλιος .... τὴν Ἀκυϊτανίαν ὀλίγου πᾶσαν κατεστρέψατο· Γαλάται γὰρ καὶ αὐτοὶ ὄντες τῇ τε Κελτικῇ προσοικοῦσι καὶ π. αὐτὸ τὸ Πυρηναῖον ἐς τὸν ὠκεανὸν καθήκουσιν· (hoc loco, ubi de Aquitania sermo est, duplici ratione haec regio describitur: ab altera parte sc. Galliae esse conterminam, seb ab altera monte Pyrenaeo finiri, s e c u n d u m Pyrenaeos autem vergere ad Oceanum).

37, 16, 5: ταῦτα ἐν τῇ Παλαιστίνῃ ἐγένετο· οὕτω γὰρ τὸ σύμπαν ἔθνος, ὅσον ἀπὸ τῆς Φοινίκης μέχρι τῆς Αἰγύπτου π. τὴν θάλασσαν τὴν ἔσω παρήκει, ἀπὸ παλαιοῦ κέκληται (a Phoenicia usque ad Aegyptum secundum mare internum vergit; ora enim maris occupat Palaestina).

Non multum ab hac notione distat locus sequens, nempe:

39, 50, 2: ἐς Βρεττανίαν .... ἐπεραιώθη. ἡ δὲ δὴ χώρα αὕτη .... παρήκει π. τε τὴν λοιπὴν Γαλατίαν (nuper sermo erat de Μωρίνοις) καὶ π. τὴν Ἰβηρίαν ὀλίγου πᾶσαν, ἐς τὸ πέλαγος ἀνατείνουσα. Si enim recte intellego quid sibi velit Dio in hac regione describenda, fingitur Britannia vergere s e c u n d u m Galliam et Hispaniam fere totam, i. e. oppositam Galliae Hispaniaeque littoribus; cf. Polyb. 1, 55, 6: ὁ δὲ Ἔρυξ ἐστι μὲν ὄρος π. θάλατταν τῆς Σικελίας ἐν τῇ π. τ ὴ ν Ἰ τ α λ ί α ν κειμένῃ πλευρᾷ, in eo latere quae est opposita Italiae orae).

Verba καθήκειν et παρήκειν saepius cum praepositione παρὰ coniuncta occurrunt; cum apud Thucydidem legimus (2, 99, 4): τῆς Παιονίας π. τὸν Ἄξιον ποταμὸν στενήν τινα καθήκουσαν ἄνωθεν μέχρι Πέλλης καὶ θαλάσσης ἐκτήσαντο, sermo esse videtur de regione quadam angusta quae s e c u n d u m Axium flumen vergit usque ad urbem Pellam et mare; praepositio παρὰ hoc loco igitur non diversam habet significationem a Cassiano loco (39, 46, 1: π. τὸ Πυρηναῖον). Verba π. τὸν Ἄξιον ποταμὸν mihi coniungenda esse videntur cum participio καθήκουσαν, nec cum verbo ἐκτήσαντο (id quod Alvin voluit in opusculo suo). Παρήκειν παρὰ saepius occurrit apud Herodotum e. g. 4, 39: τὸ δὲ ἀπὸ Φοινίκης παρήκει .... ἡ ἀκτὴ αὕτη π. τε Συρίην τὴν Παλαιστίνην καὶ Αἴγυπτον, ἐς τὴν τελευτᾷ (secundum Syriam Palaestinam et Aegyptum); 4, 42: μήκεϊ γὰρ π. ἀμφοτέρας (Λιβύην τε καὶ Ἀσίην) παρήκει ἡ Εὐρώπη (secundum utramque orbis terrarum partem Europa pertinet); idem habemus 4, 45.

Sequitur 2, 1 (vol. I. p. 356) ubi verba Tzetzae laudantur: Αὐσονία π. θάλασσαν κειμένη (Ausonia, Auruncorum regio inter Volscos et Campanos secundum mare sita).

De hominibus vel populis iuxta flumen vel montem habitantibus dicitur:

49, 36, 2: νέμονται π. αὐτὸν τὸν Ἴστρον (quod verbum ita

usurpatum saepius apud Homerum, apud Herodotum quoque occurrit; cf. Her. 4, 53).

37, 47, 3 et 67, 6, 2: *οἱ π. τὸν Ἴσαρα οἰκοῦντες* (*οἰκεῖν π. ποταμὸν* vel mare saepius apud Herodotum 7, 89; 7, 115; 7, 128; apud Xenophontem Anab. 1, 2, 24; Euripidem Iph. T. 1098; Isocratem 5, 21; Aeschinem 3, 90; locutio: *τὸ π. θάλασσαν οἰκεῖν* saepius quoque apud Herodotum invenitur).

37, 5, 1: *οἱ π. τὸν Καύκασον κατοικοῦντες* (quod verbum ita apud Herodotum occurrit 2, 102; 7, 110 passivo autem genere usurpatum).

Postremo loco dicendum est de pugna navali *π. τὸ Ῥήγιον* (48, 19, 1: *ναυμαχίαν τῶν αἰχμαλώτων ἐν τῷ πορθμῷ π. αὐτὸ τὸ Ῥήγιον .... ἐποίησε*). Hoc unicum inveni exemplum quo praepositio *παρὰ* non de tota regione, sed d e u n a s o l a u r b e dicta est. Explicanda videtur praepositio *παρὰ* ita ut proelium navale factum sit secundum oppidum Rhegium, i. e. secundum totam urbem regionemque portus, navibus vehentibus secundum oram in freto Siculo.

Hoc loco apte collocabuntur ea exempla quibus verbum omittitur ita ut praepositio cum accusativo coniuncta substantivo simpliciter addatur: Hos dico locos:

44, 35, 3: *οἱ κῆποι οἱ π. τὸν Τίβεριν* (ubi horti indicantur qui secundum Tiberim se extendunt).

75, 9, 3: *ἡ π. τὸν Εὐφράτην ὕλη* (silva porrecta iuxta Euphratem).

§ 3. Absoluta disputatione de usu locali transire possumus ad t e m p o r a l e m u s u m, quem e locali usu originem habere facile perspicitur. Huius usus unum exemplum apud H o m e r u m occurrere, nempe I 470 (*π. νύκτας ἴαυον*), censuerunt Rau (l.l. pag. 66) et Helbing (l.l. p. 131, ubi perperam A 470 laudatur), mihi autem loco laudato *παρὰ* adverbaliter usurpatum cum verbo *ἴαυον* coniungendum esse videtur, cf.

eodem libro 336: τῇ παριαύων. Perraro quoque apud Herodotum (I. 32; II. 78; II. 121; II. 123; VII. 46) inveniri usum temporalem idem Helbing auctor est. Thucydidem nusquam adhibuisse eum usum Alvin affirmat (nam 4, 106: τὴν Ἠιόνα παρὰ νύκτα ἐγένετο λαβεῖν significare videtur: per unam noctem stetit quin occuparet Eïonem); Xenophon (cf. Westphal l.l. pag. 11) haec praebet exempla (Mem. 2, 1, 2): ὅπως μὴ τὰ τῆς πόλεως ἄπρακτα γίγνηται παρὰ τὴν ἐκείνου ἀρχήν, (Anab. 2, 3, 15): καὶ ἦν καὶ π. πότον ἡδὺ μέν, κεφαλαλγὲς δέ, (Hell. 1, 4, 15): κινδυνεύων ἀεὶ π. ἑκάστην ἡμέραν ἀπολέσθαι, (Conv. 6, 2): τὸ τοίνυν π. οἶνον λυπεῖν τοὺς συνόντας, (8, 41): σπουδαιολογῆσαι μᾶλλον ἢ π. πότον πρέπει, (de re eq. 9, 11): π. κραυγὴν .... π. σάλπιγγα. Saepius apud Platonem et Demosthenem praepositionem temporali notione praeditam reperimus. Apud posteriores autem scriptores saepissime occurrit, e. g. apud Polybium (qui praepositionis ἐν usum praepositionis παρὰ usu saepius permutavit), apud Plutarchum et Iosephum. Cassius quoque creberrime praepositionem παρὰ temporali sententia ornatam adhibuit.

Dabimus exempla, quae repperimus, quibus addemus locos aliorum scriptorum conferendi causa:

a) De rebus tempore coniunctis ita ut alteram rem continuo una cum altera fieri indicetur:

46, 18, 6: ἀσελγείᾳ καὶ ἀκαθαρσίᾳ π. πάντα τὸν βίον χρώμενος (cf. Plato legg. p. 717, Rep. p. 412 D; Plut. Mor. 112 B, 132 B; Polyb. saepissime παρ' ὅλον τὸν βίον e. g. 2, 59, 10; 4, 20, 10; 5, 10, 10; cet.).

45, 7, 1: ἄστρον τι π. πάσας τὰς ἡμέρας ἐκείνας ἐξεφάνη.

79, 16, 6: ἀστυσίᾳ π. πᾶσαν τὴν νύκτα συσχεθείς (ubi VC περὶ praebent; Zon. ἐπί, a Bekkero receptam); Zonaras nostro loco — sicut iam inde a libro LXVIII — excerpsit epitomatorem Xiphilinum, non ipsum Dionem; lectionem igitur περὶ quam apud Xiphilinum invenit Zonaras, in ἐπὶ mutasse videtur quia praepositio περὶ huic sententiae minime quadraret; vitio

tamen transcribentis tribuenda est lectio *περὶ* pro recta lectione *παρὰ* (quae praepositiones per compendii litterarum *αρα* cum littera *ε* similitudinem facile confunduntur); itaque recte v. cl. Boissevain e cod. Peiresc. restituit lectionem *παρά*.

πένθος ἐπ' αὐτῇ π. ὅλον τὸν ἐνιαυτὸν ταῖς γυναιξὶν ἐπήγγειλαν 58, 2, 2;

π. πάντα τὸν τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ χρόνον πᾶσα ἡ γῆ .... ἐπορθήθη 77, 10, 3;

Ἰουλίᾳ παρὰ πάντ<α τὸν τῆς βα>σιλείας αὐτῇ<ς χρόνον> συνεγεγόν<ει> 78, 30, 3; explevit Bekkerus.

(*παρὰ πάντα τὸν χρόνον* saepissime legitur, e. g. apud Platonem p. 116 D, 249 C; Isocratem 15, 48; Demosthenem 5, 2; 18, 10; 20, 22; 20, 142; 23, 181; Plutarchum Comp. Nic. c. Cr. III fin.; Aelianum nat. anim. 7, 23).

ἐν εἰρήνῃ π. πᾶσαν τὴν τοῦ Νουμᾶ ἀρχὴν διεγένοντο 6, 5; cf. 58, 25, 4; 71, 35, 3; (cf. locum laudatum ex Xenophontis Mem. 2, 1, 2; quamquam ibi *πᾶσαν* abest).

τοιοῦτος πρὸς πάντας π. ὅλην τὴν ἡγεμονίαν γενόμενος 67, 2, 1;

κακοῖς πλείστοις π. πᾶσαν τὴν ἡγεμονίαν περιέπεσεν 71, 36, 3; (cf. Dem. 21, 1: *π. πᾶσαν τὴν χορηγίαν*; Dem. 21, 14: *π. ὅλην τὴν λειτουργίαν*).

τῇ στολῇ τῇ ἐπινικίῳ π. πᾶσαν τὴν πανήγυριν ἐχρήσατο 60, 6, 9; (cf. Polyb. 1, 15, 12: *π. ὅλην τὴν πραγματείαν*).

Hic subiungenda videtur locutio *π. πάντα* quae eodem sensu atque *π. πάντα τοῦτον τὸν χρόνον* ter apud Cassium invenitur:

36, 27, 5: *δεῖ .... τινα ἀσκῆσαι τὰ προσήκοντα καὶ π. πάντα ἀγαθῇ τύχῃ χρῆσθαι* (ut vir sit strenuus).

42, 1, 1: *πλεῖστον μὲν τὸ εὔθυμον πλεῖστον δὲ τὸ εὔελπι π. πάντα ὅσα ἐσφάλη ἀεί ποτε σχών.*

42, 56, 1: *πλεῖστον γὰρ π. πάντα καὶ τῷ τάχει καὶ ταῖς <ἐκ> τοῦ ἀπροσδοκήτου στρατείαις κατέπραττεν.*

b) De iis exemplis quibus s o l u m t e m p o r i s s p a t i u m indicatur per quod actio quaedam sive plures actiones identidem fiunt:

44, 42, 1: ὅσα π. τὴν ἀρχὴν (consulatum) διῴκησεν (i. e. per consulatum, per tempus quo consul erat).

42, 34, 1: ταῦτα π. τὴν ἀπουσίαν αὐτοῦ ἐγένετο, sic 47, 25, 1.

40, 4, 2: καταμείναντος αὐτοῦ π. τὸν χειμῶνα.

55, 27, 5: φοβούμενος μὴ ὁ Αὔγουστος ἄλλον τινὰ π. τὴν ἀπουσίαν αὐτοῦ προτιμήσῃ (eius temporis lapsu per quod abest).

57, 20, 3: ἐπὶ τῷ Δρούσῳ ποίημα π. τὴν νόσον αὐτοῦ συντεθεικώς (carmen composuit per tempus quo Drusus aegrotabat).

Posterioribus duobus exemplis, quamquam non perpetuo actiones τοῦ προτιμῆσαι et τοῦ συνθεῖναι ποίημα per spatium quod dictum est fiunt, tamen de spatio temporis cogitandum est.

c) Exempla quibus praepositio παρὰ temporali notione praedita non indicat ipsum spatium temporis per quod quid fit, sed temporis punctum magni momenti, quo quid fit, cuius usus iam apud Demosthenem (4, 33: παρὰ τὸν καιρόν, 20, 41: παρὰ τοιοῦτον καιρόν) exemplum habemus:

60, 13, 4: τοὺς διὰ μέσου τῆς θέας π. τὸν τοῦ ἀρίστου καιρὸν κατακοπτομένους ἥδιστα ἐθεώρει (tempore prandii, quo prandebatur). Quaeri potest cur Dio usurpaverit plenam locutionem τὸν τοῦ ἀρίστου καιρὸν nec vero simpliciter π. τὸ ἄριστον scripserit; cuius rei haec mihi causa esse videtur quod consuetudo indicatur; semper enim ea hora qua pranderi solebat servi quidam necabantur, quo spectaculo Claudius magnopere gaudebat. Etiam verba π. τὸ ἄριστον pertinere videri poterant ad vocabulum κατακοπτομένους, ita ut indicarent, servos illos tempore prandii sui (dum ipsi prandent) esse necatos.

37, 45, 1: τοῦ Κλωδίου τὴν γυναῖκα αὐτοῦ (sc. Καίσαρος) ἔν τε τῇ οἰκίᾳ καὶ π. τὴν ποίησιν τῶν ἱερῶν .... αἰσχύναντος (tempore quo sacra fiebant).

Sic apud Ioannem Antiochenum legimus (vid. 61, 7, 4, in edit. Boiss.) π. δεῖπνον δηλητηρίῳ φαρμάκῳ διέφθειρεν (in cenando); cf. exempla Xenophontea (Conv. 8, 41; 6, 2) et Plutarchi (Ant. 75: παρὰ δεῖπνον; 24: π. τὴν κύλικα; Mor. p. 143 C: π. οἶνον).

Pronomine αὐτὸς addito, haec invenimus exempla:

37, 34, 3: *τὸ ἄγαλμα τὸ τοῦ Διὸς ἐς τὸ Καπιτώλιον π. αὐτὸν τὸν καιρὸν τῆς ἐκκλησίας ἀνιδρύθη* (eo ipso tempore quo contio habebatur).

47, 40, 4: *τὸ ἄγαλμα τὸ τοῦ Διὸς.... αἷμα π. αὐτὰς τὰς ἀνοχὰς.... ἀνέδωκε* (ipso tempore quo feriae Latinae agebantur).

36, 54, 1: *ἐστράτευσεν ἐπ' αὐτοὺς π. αὐτὰ τὰ Κρόνια* (ipsis Saturnalibus, ipso tempore quo Saturnalia celebrabantur).

13, 3: Valerius *παρεσκεύασε τοῦτο* (filium Horatii mortuum esse) *π. αὐτὴν αὐτῷ τὴν ἱερουργίαν ἀγγελθῆναι* (in ipso sacrificando, tempore ipso quo sacra fiebant ad *ἱέρωσιν τοῦ ἔργου* (*ἐθείωσεν* enim Horatius *τὸν τοῦ Διὸς νεὼν ἀπὸ κλήρου*).

50, 10, 3: *κύων κύνα ἐν τῷ ἱπποδρόμῳ π. αὐτὴν τὴν ἅμιλλαν τῶν ἵππων κατειργάσατο καὶ κατέφαγε* (eo ipso tempore quo certamen equestre fiebat).

55, 2, 2: *οὐκ ἦν οἱ ὅσιον μὴ οὐ τὰ καθήκοντα ἐπὶ τοῖς κατειργασμένοις, π. αὐτὴν τὴν εἴσω τοῦ πωμηρίου ἔσοδον, ἐπιτελέσαι* (eo tempore quo pomoerium intravit).

67, 14, 4: *τοὺς ἐπάρχους π. αὐτὴν τὴν ἡγεμονίαν κρίνεσθαι ἐποίει* Domitianus (efficiebat ut praefecti in ipsa praefectura rei agerentur).

Conf. Polyb. (3, 85, 8): *π. αὐτὸν τῆς μάχης καιρόν*, saepissime apud eundem occurrit locutio *π. αὐτὸν τὸν καιρὸν* (eo ipso temporis puncto).

Vid. Dem. (20, 41): *π. τοιοῦτον καιρὸν* (tali tempore).

d) Unum, ni fallor, apud Cassium Dionem exstat exemplum, quo *παρὰ* temporali significatione significare videtur: statim post.

Exemplum quod dico legimus 46, 10, 3: *ἀλλὰ νῦν ἡμῖν λέγεις ὅσα.... ἐκακούργησεν, ἐξόν σοι τότε εὐθὺς καθ' ἕκαστον αὐτῶν τὴν προσήκουσαν παρ' αὐτοῦ δίκην εἰληφέναι, ἵνα αὐτός τε Φιλόπολις ὡς ἀληθῶς ὢν ἐπεφήνεις καὶ ἡμεῖς καὶ ἀβλαβῆ καὶ ἀσφαλῆ τὴν τιμωρίαν παρ' αὐτὰ τὰ ἀδικήματα ἐπεποιήμεθα.*

Dictionis Demosthenicae iterum hoc loco sectatorem se praebet Dio. Admodum nota sunt ex Demosthenis oratione de Corona:

§ 13: *ταῖς ἐκ τῶν νόμων τιμωρίαις π α ρ' α ὐ τ ὰ τ ἀ δ ι κ ή μ α τ α χρῆσθαι.*

§ 15: *Φυγὼν τοὺς παρ' αὐτὰ τὰ πράγματα ἐλέγχους τοσούτοις ὕστερον χρόνοις αἰτίας .... συμφορήσας ὑποκρίνεται.*

§ 226: *τοὺς παρ' αὐτὰ τὰ πράγματ' ἐλέγχους Φυγὼν νῦν ἥκει.*

Or. in Mid. § 26: *π α ρ' α ὐ τ ὰ τ ἀ δ ι κ ή μ α τ α τὴν τιμωρίαν ποιεῖσθαι.*

Eadem oratione § 215: *εἰ π α ρ' α ὐ τ ὰ τ ἀ δ ι κ ή μ α τ α οὕτως ὀργίλως ἅπαντες ἔχοντες ἐφαίνεσθε.*

Or. 37 § 2: *ἁπάντων δ' ἀνθρώπων εἰωθότων π α ρ' α ὐ τ ὰ τ ἀ δ ι κ ή μ α τ α μᾶλλον ἢ χρόνων ἐγγεγενημένων ἀγανακτεῖν.*

In omnibus hisce exemplis orator ut verbis suis addat colorem ea quae non nisi statim post rem peractam evenire poterant tamquam simul cum facinore uno atque eodem tempore peragi fingit. Id quod nostro loco imitari placuit Dioni. Paulo ante dixerat „*τότε εὐθὺς τὴν .... δίκην εἰληφέναι,*" quocum arcte cohaerent verba *παρ' αὐτὰ τὰ ἀδικήματα.* Hisce enim verbis Q. Fufius Calenus in Ciceronem, oratione in M. Antonium habita, invehit: „Quid causae fuit cur, cum ab initio videres nos ab eo (sc. Antonio) iniuriis premi, (id enim tu affirmas) non s t a t i m (*παραχρῆμα*) eum vindicandum duceres aut accusares? Nunc nobis recenses, quae is peccata admiserit, quae perpetrarit maleficia; cum in promptu tibi fuerit, s t a t i m (*τότε εὐθὺς*) de singulis poenam meritam ab eo exigere: ita ut re vera te amantem patriae civem praestitisses et nos citra damnum ac periculum s t a t i m p o s t i p s a f a c i n o r a in eum animadvertere potuissemus".

Denique dicendum est de locutione *παρὰ πόδας* quam semel tantum apud Dionem repperi, nempe 53, 30, 4: *ἔδει αὐτὸν τά τε τῆς τύχης καὶ τὰ τῆς πεπρωμένης ἔργα προσποιούμενον π. πόδας ἀλῶναι.*

Locutio ea *παρὰ πόδας* transitum praebet e locali significatione praepositionis ad temporalem.

Stephani Thesaurus exempla nonnulla praebet quibus optime hic usus illustretur: Primam significationem locutionis l o c u m spectare patet ex Platone, qui (Theaet. p. 174 A) haec habet: *τὰ δὲ ἔμπροσθεν αὐτοῦ καὶ π. πόδας* et ibidem (C): *περὶ τῶν π. πόδας καὶ τῶν ἐν ὀφθαλμοῖς διαλέγεσθαι*, itidem Lucianus (de calumn. init.): *τὸ πλησίον καὶ π. πόδας οὐχ ὁρῶντες* (opp. *τὰ πόρρω καὶ πάμπολυ διεστηκότα*). Hisce exemplis sermonem esse de iis quae „ante" sive „iuxta pedes" sunt nemo non videt; eadem itaque significatione est atque locutio *ἐν ποσιν*. Recentiores scriptores imprimis Polybius, locutionem t e m p o r a l i notione ornaverunt, eadem significatione atque *κατὰ πόδας, παραυτά, παραχρῆμα*. Ut unum e multis afferam exemplum Polybii ex quo perspicitur facile significatio locutionis (5, 26, 13): *οἵ τε περὶ τὰς αὐλὰς κατὰ τὸ τοῦ βασιλέως νεῦμα μακάριοι καὶ π. πόδας ἐλεεινοὶ γίγνονται* (prorsus evanuit notio localis, temporalis autem notio elucet).

Hesychius quoque in Lexico explicat: *παρὰ πόδας· εὐθέως*. Latino sermone locutionem habemus „e vestigio" quae temporali quoque sensu usurpatur, originem autem ducit ex locali notione.

Dioneo igitur loco *ἁλῶναι π. πόδας* „e vestigio, statim" vertendum esse vix quisquam negabit.

§ 4. Ex l o c a l i s e n t e n t i a a l t e r n a t i o n i s quoque significatio derivanda esse videtur, cuius usus unum tantum exemplum adhibet Cassius, nempe in fragmentis (57, 17): *ἡμέραν ἠξίου παρ' ἡμέραν ἢ καὶ πλείους ἐναλλὰξ μόνος ἄρχειν*. (Sic quoque Zonaras legit (8, 26, 9) qui post *πλείους ἐφεξῆς* additum habet).

Minucius itaque, magister equitum Fabii dictatoris, ita imperium dividi inter eos voluit, ut alternis diebus vel singulis vel etiam pluribus alterius summum ius esset. Haec Livius

iisdem fere verbis narrat (22, 27, 6): „se (sc. Minucium) optimum ducere aut diebus alternis aut, si maiora intervalla placerent, partitis temporibus alterius summum ius imperiumque esse".

ἡμέραν παρ' ἡμέραν ἄρχειν alternis diebus imperare, ita explicandum esse videtur, ut alter per unum diem, alter per diem statim post (παρὰ) alterum diem imperium habeat.

Temporalem enim notionem inesse praepositioni apparet inspicientibus locum ex Antiphonte (5, 72): μέγα τοι ἡμέρα π. ἡμέραν γιγνομένη γνώμην ἐξ ὀργῆς μεταστῆσαι καὶ τὴν ἀλήθειαν εὑρεῖν τῶν γεγενημένων, unde coniectura assequi possumus, hac locutione idem fieri quod habuimus nuper in locutione π. αὐτὰ τὰ πράγματα (statim post res factas), ex quo alternativa vis praepositionis orta esse videtur.

Auctore v. d. Rau locus Aristophaneus nobis conferendus est (Ran. 643), ubi Aeacus Xantho roganti πῶς οὖν βασανιεῖς νὼ δικαίως; haec respondet: ῥᾳδίως· πληγὴν παρὰ πληγὴν ἑκάτερον. — Alia apud Atticos quae occurrunt exempla haec laudat Rau: Eurip. Heracl. 611: παρὰ δ' ἄλλαν ἄλλα μοῖρα διώκει, Plato Rep. p. 348 A: ἀντικατατείναντες λέγωμεν αὐτῷ λόγον παρὰ λόγον. Polybius locutionem παρὰ μίαν habet (sc. ἡμέραν) 3, 110, 4, sensu „alternis diebus", παρὰ τετάρτην ἡμέραν (6, 33, 9). Sic apud Diodorum habemus (4, 65, 1): παρ' ἐνιαυτὸν ἄρχειν „alternis annis" regnare; idem 32, 12, 2. Conferri poterit Plutarchus (Cleom. 15, 1): π. ἐνιαυτὸν ἀεὶ στρατηγεῖν. Non ignoro sane antiquissima exempla quae ad alternativam vim indicandam laudari solent (Pindari Pyth. XI. 63: τὸ μὲν π. ἆμαρ ἕδραισι Θεράπνας, τὸ δ' οἰκέοντας ἔνδον Ὀλύμπου, atque Sophoclis Oed. Col. 1455: χρόνος, στρέφων μὲν ἕτερα, τὰ δὲ π. ἦμαρ αὖθις αὔξων ἄνω) repugnare videri explicationi quam dedimus, quia abest iteratio eiusdem substantivi; videri tamen dico, quoniam loco Pindarico verba π. ἆμαρ nullo alio modo mihi explicanda videntur (siquidem ea locutione Pindarus „alternis vicibus" exprimere voluit) nisi

parenthetice quod dicitur dicta; ita enim supplenda videtur locutio: *τὸ μὲν (ἦμαρ) Θεράπνας, τὸ δὲ (ἦμαρ) π. ἦμαρ οἰκέοντας ἔνθον Ὀλύμπου*, ita ut vocabula *π. ἦμαρ* contracta sint ex locutione *ἦμαρ π. ἦμαρ*. Hanc evolutionem explicant verba Sophoclis (Ai. 475): *τί γὰρ π. ἦμαρ ἡμέρα τέρπειν ἔχει προσθεῖσα κἀναθεῖσα τοῦ γε κατθανεῖν*; quibus verbis alternatio nondum adesse, temporalis simpliciter notio inesse videtur, nempe: dies post diem, dies diem sequens. Idem Sophocles dicere voluit verbis laudatis ex Oed. Col., ubi tamen locutionem *π. ἦμαρ* adhibuit omisso altero *ἦμαρ* sive *ἡμέρα*.

Recentiores autem scriptores eiusmodi locutiones ita mutavisse videntur ut substantivum iterarent, id quod demonstrant exempla laudata; duas ob causas id fecisse videntur, ob explicandas locutiones iterato substantivo atque ut indicarent discrimen a vulgari locutione *παρ' ἡμέραν*, sicut apud Demosthenem e. g. occurrit (23, 182): *π. ἡμέραν βαδίζειν ἐπὶ Χερρόνησον ἀσφαλῶς*.

§ 5. Nunc transire licet ad eam praepositionis sententiam quae c a u s a l i s dicitur, quam apud Atticos scriptores raro occurrere constat. Notio causalis ex temporali orta esse videtur; ipsi ut ita dicam ortus perspici possunt apud Demosthedem (quem studiose legisse Cassium Dionem satis apparet) qui (18, 239) haec habet: *εἴπερ ἐνεδέχετο παρὰ τοὺς παρόντας καιρούς* (si fieri poterat per rationes temporum quae tum erant); non prorsus hisce verbis evanuit temporis indicandi vis sed iam color additur praepositioni *παρὰ* qui indicet causalem notionem quae clare eminet alio Demosthenico loco (4, 11): *οὐδὲ γὰρ οὗτος* (Philippus) *π. τὴν αὑτοῦ ῥώμην τοσοῦτον ἐπηύξηται ὅσον π. τὴν ἡμετέραν ἀμέλειαν*, ubi sensus temporalis iam vix cognoscitur.

Alia huius significationis exempla apud Demosthenem habemus (9, 2): *πολλὰ μὲν ἴσως ἐστὶν αἴτια τοῦ ταῦθ' οὕτως ἔχειν, καὶ οὐ παρ' ἓν οὐδὲ δύο εἰς τοῦτο τὰ πράγματ' ἀφῖκται*, (21, 96): *καὶ ταῦτα πέπονθεν ὑπὸ Μειδίου καὶ τοῦ Μειδίου πλούτου καὶ τῆς*

ὑπερηφανίας π. τὴν πενίαν καὶ ἐρημίαν καὶ τὸ τῶν πολλῶν εἶς εἶναι (qui locus laudatur a grammatico quodam in Bekk. Anecd. 1, 163 παρά· ἀντὶ τῆς διά· ἐκ τοῦ κατὰ Μειδίου· καὶ ταῦτα πέπονθεν sqq.).

Unum praebet exemplum Antiphon teste Rau (l.l. pag. 83): (Tetral. B. δ. 5): ὁ παῖς σαφῶς δηλοῦται π. τὴν αὑτοῦ ἁμαρτίαν περισσοτέροις παθήμασι τῶν ἀτρεμιζόντων περιπεσών (ubi paulo ante legitur διὰ τὴν αὑτοῦ ἁμαρτίαν). Isocrates saepius praepositionem causali notione praeditam usurpavit: (6, 52): εἰ.... εἷς μόνος.... βοηθήσειεν, ὑπὸ πάντων ἂν ὡμολογεῖτο π. τοῦτον γενέσθαι τὴν σωτηρίαν αὐτοῖς, (3, 48): ὑπολαμβάνοντες ὡς οὐ π. τοῦτ' ἐστίν, ἀλλ' ὡς παρ' ἕκαστον τῶν μερῶν ἢ καλῶς ἢ κακῶς τὸ σύμπαν ἕξον, (Epist. 9, 15): ὥσπερ π. τοὺς ἐμοὺς λόγους ἢ βέλτιον ἢ χεῖρον τὴν Ἑλλάδα πράξουσαν. Saepissime quoque Aristoteles. Ex recentioris aetatis scriptoribus laudo Polybium qui compluribus qnoque locis ad causam indicandam praepositionem παρὰ cum accusativo adhibuit, e. g. (18, 28, 6): οὐ π. τὸν καθοπλισμὸν οὐδὲ π. τὴν σύνταξιν, ἀλλὰ π. τὴν ἐπιδεξιότητα τὴν Ἀννίβου τοῖς ἐλαττώμασι περιπίπτειν, (3, 103, 2): μὴ π. τὴν τῶν δυνάμεων ἀποδειλίασιν, ἀλλὰ π. τὴν τοῦ προεστῶτος εὐλάβειαν γεγονέναι, cf. 5, 93, 5; 9, 12, 4; 10, 12, 7; 11, 14, 4; e. a.

Cum neutris pronominum coniuncta saepissime occurrit praepositio παρὰ causali vi ornata. Sic e. g. π. τοῦτο propterea (Xen. Hipp. 1, 5; Plat. p. 715 D; Dem. 24, 214; 21, 61; Aesch. 2, 89; 3, 131; Polyb. 3, 16, 6; 9, 13, 8; 9, 19, 2; in Novo Testamento in epist. I ad Cor. 12, 15 et 16: ἐὰν εἴπῃ ὁ πούς Ὅτι οὐκ εἰμὶ χείρ, οὐκ εἰμὶ ἐκ τοῦ σώματος, οὐ παρὰ τοῦτο οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ σώματος κ. τ. ἑ.); plurali numero π. ταῦτα (Dem. 20, 110; Polyb. 10, 46, 3). Locutio παρὰ τί (quam ob rem?) invenitur apud Dinarchum (1, 72) quo loco responsum hisce verbis datur: παρὰ τοὺς συμβούλους καὶ τοὺς ἡγεμόνας, apud Polybium (1, 32, 4; 18, 28, 4). Horum quae laudavimus exemplorum similitudinem, paucis tantum locis

reperimus apud Cassium Dionem, siquidem excipimus dictionem *παρὰ τοῦτο* quam saepius usurpavit.

De Cicerone (39, 11, 1 sq.) haec legimus: *καὶ τήν τε ἄλλην οὐσίαν καὶ τὸ ἔδαφος τῆς οἰκίας, καίτοι τῇ Ἐλευθερίᾳ ἀνειμένον, καὶ τοῦ Κλωδίου καὶ ἐπιθειάζοντος καὶ ἐς ἐνθυμίαν αὐτῷ προβάλλοντος, ἐκομίσατο. τὴν γὰρ ἐσφορὰν τοῦ φρατριατικοῦ νόμου, π. ἣν ἐκ τῶν εὐπατριδῶν ἐς τὸ πλῆθος ἐπεποίητο, διαβάλλων .... τήν τε δημαρχίαν τοῦ Κλωδίου πᾶσαν .... κατέλυε .... καὶ .... ἔπεισε τοὺς ποντίφικας τὸ ἔδαφός οἱ .... ἀποδοῦναι.* Cicero itaque in integrum restitutus est; nam legis curiatae promulgationem, *παρ' ἣν* Clodius ex patriciis ad plebem adoptione traductus erat, reprehendens .... totum eius tribunatum evertit.

A promulgatione legis curiatae pendebat Clodii ad plebem transitio; praepositione *παρὰ* significatur causa ac ratio adoptionis; latiore praepositionis usu quam habemus in verbis Isocratis (3, 48), ubi orator adhortatur suos ne negligant mandata *ὑπολαμβάνοντες ὡς οὐ παρὰ τοῦτ' ἐστιν, ἀλλ' ὡς π. ἕκαστον τῶν μερῶν ἢ καλῶς ἢ κακῶς τὸ σύμπαν ἕξον* (arbitrati ab his non pendere, sed a quaque parte mandatorum, utrum universa res bene an male se habitura sit).

Cum usu antiquo magis convenit causalis praepositionis notio in fr. 36, 5: *τὸ γὰρ πάθος .... οὐκ ἐπιτρέπει μοι σιωπῆσαι, ἀλλ' ὡς καὶ π. τοῦθ' ὅ τι ποτ' ἂν τελευταῖον εἴπω τῆς σωτηρίας μοι τοῦ παιδὸς ἐσομένης, ἀναγκάζει με πλείω ὥσπερ ἐν εὐχαῖς λαλεῖν.* (Romanus quidam pro salute filii verba facit: Dolor enim, sic ille, non patitur me tacere, sed me cogit plura dicere sicut fit in votis, quasi salus filii mihi futura sit *π. τοῦθ' ὅ τι ποτ' ἂν τελευταῖον εἴπω*, o b ea verba quae extremo loco dicam; quasi ab extremis verbis salus filii penderet).

Loci quibus occurrit locutio *π. τοῦτο* apud Dionem hi sunt:

a. ubi additur comparativus:

fr. 40, 28: *οὐ μέντοι π. τοῦθ' ἧττον ἐθάρσησεν*; cf. fr. 43, 7; fr. 97, 4: *οὐδέν γε π. τοῦτο ἧττον οὔτε ἐν εὐκλείᾳ οὔτε ἐν περιουσίᾳ ἐγένετο.*

45, 22, 1: ἧττόν τι π. τ. ἀδικεῖν .... ἐλάττονος διὰ τοῦτο ἄξιον τιμωρίας εἶναι (ubi locutionis παρὰ τοῦτο et διὰ τοῦτο eadem significatione una sententia inveniuntur; itidem 45, 23, 3); cf. 68, 4, 1.

56, 27, 1: οὐ μέντοι καὶ τἆλλα ἧττόν τι π. τ. διῴκει.

60, 27, 3: ὡς καὶ ἧττόν τι π. τ. κινδυνεύσων.

58, 17, 2: ὥσπερ τι π. τ. μᾶλλον εὐορκήσοντες.

61, 4, 3: οὔτε τὰ κοινὰ χεῖρον π. τ. διεχειρίζετο.

41, 31, 1: κρείττους π. τ. τῶν οἴκοι πολιτῶν εἶναι.

b. Nullo addito comparativo:

57, 7, 5: οὐδενὶ μέντοι π. τ. ὀργὴν εἶχεν.

69, 10, 2: (amantissimus erat venationis) οὐ μέντοι τι π. τ. ἄπρακτον τῶν τῇ ἀρχῇ προσηκόντων κατέλιπε.

38, 27, 4: μήτι γε καὶ ἀνιαθῇς π. τ. μηδέν.

52, 13, 2: οὔτε ἔπαθον π. τ. δεινὸν οὐδέν.

42, 26, 1: οὐ μέντοι καὶ ἡσυχία π. τ. ἐγένετο, ἀλλὰ ....

65, 11, 2: οὐ μέντοι καὶ π. τ. οὔτε μετέθεντο οὔτε ἐνέδοσαν.

43, 27, 1: καὶ π. τ. οὐχ ἥκιστα .... ἤρεσέ σφισι.

50, 19, 1: π. τ. καὶ ἀρετὴν ἔχειν.

52, 38, 2: δεόντως τι π. τ. πράττειν δόξειν, ἂν .... ἀκούσῃς.

59, 1, 3: ὡς καὶ ἰσχύν τινα π. τ. ἕξοντα.

38, 24, 2: οὐδὲν μέντοι π. τοῦτο βλάπτεσθαι νομίζουσιν.

Apud Cassium Dionem ultima haec verba nihil habent quod miremur, sed quia verisimile est, hoc loco Dionem cogitasse de loco Thucydideo (1, 141, 7), operae pretium videtur inquirere, utrum eadem insit significatio praepositioni παρὰ locis Dioneis et Thucydideis annon; primo loco dabimus verba Thucydidis: ἕκαστος οὐ π. τὴν ἑαυτοῦ ἀμέλειαν οἴεται βλάψειν, μέλειν δέ τινι καὶ ἄλλῳ ὑπὲρ ἑαυτοῦ τι προϊδεῖν. Quoniam enim utroque loco verbum βλάπτειν cum locutione παρὰ τοῦτο coniunctum invenitur, facile de imitatione cogitare possumus.

Locus ille, e Thucydide sumptus, a multis viris doctis exemplum habetur ad illustrandam significationem causalem praepositionis παρὰ (a Gerthio nempe in „Ausführl. Gramm.

der Griechischen Sprache von Kühner-Gerth". [3] II. 1, p. 513; a Classenio quoque in editione sua ([4] ed. Steup); a Stephano in Thesauro (vol. 6, col. 198), quamquam in infima pagina adnotat „possis dicere per ablativum, sua negligentia, perinde ac si esset τῇ ἑαυτοῦ ἀμελείᾳ"), iniuria ni fallor. Mihi vero cum totum Thucydidis locum considero, verisimile videtur praepositionem παρὰ non esse praeditam causali notione, sed vertendam esse „pro". „Peloponnesii enim", ita Pericles suos alloquitur, „non eadem omnes affectant; pro se quisque rem gerit; τὸ ἐφ' ἑαυτὸν ἕκαστος σπεύδει· καὶ γὰρ οἱ μὲν ὡς μάλιστα τιμωρήσασθαί τινα βούλονται, οἱ δὲ ὡς ἥκιστα τὰ οἰκεῖα φθεῖραι· tandem aliquando cum inter eos res convenit, parva ex parte communes res spectant, maiore autem ex parte suis consulunt rebus; καὶ ἕκαστος οὐ π. τὴν ἑαυτοῦ ἀμέλειαν οἴεται βλάψειν, μέλειν δέ τινι καὶ ἄλλῳ etc." Postremis verbis Pericles hoc, ni fallor, indicat, quemque Peloponnesiorum, cum rem communem neglegentius tractet, non arbitrari se cuiquam esse nociturum p r o sua negligentia, alii enim cuidam cordi futurum sua vice rebus prospicere. Non est cur censeamus quemque eorum quos nominet orator arbitrari se non o b negligentiam suam cuiquam esse nociturum, etenim ex negligentia sua damnum ne minimum quidem cuiquam allatum iri nemo credat, sed non tantum exspectat damnum fore, quanta fuerit negligentia.

De fr. 107, 1, ubi correctionem Reiskianam διὰ pro codicum lectione παρα (sine accentu) in textum recepit v. cl. Boissevain, additis in calce paginae verbis „an πρὸς?", paucis dicendum videtur. Haec sunt quae leguntur de Pompeio: ἐξωρμήθη ἐς τὸ Πικηνὸν αὐτὸς ἐφ' ἑαυτοῦ .... καὶ παρ' ἐκείνων χεῖρά τινα διὰ (παρα) τὴν τοῦ πατρὸς ἡγεμονίαν ἀθροίσας δυναστείαν ἰδίαν συνίστη.

Ne dicam de malo sono qui inest vocabulorum coniunctioni παρ' ἐκείνων παρὰ τὴν ἡγεμονίαν, rogare licet, utrum Cassius Dio verba π. τὴν ἡγεμονίαν ἀθροίζειν adhibere potuerit necne. Quoquo modo res se habet, praepositionis παρὰ vis aliquantum

a vulgari significatione declinat; significationem enim „ratione habita rei" inesse oportet. Quam significationem de „causis praesentibus, comitantibus" habemus 59, 1, 3; 58, 7, 2; de causa longius remota 50, 19, 1. Itaque si verba fragmenti (107, 1) π. τὴν τοῦ πατρὸς ἡγεμονίαν spectant eodem ac Livii verba (Epit. 76) de proconsule Cn. Pompeio Strabone quem magistratum pater Pompeii tribus ante annis gesserat, vix erit causa cur locutionem π. τὴν τοῦ πατρὸς ἡγεμονίαν reiciamus. Praesertim si reputemus quanta in praepositionis παρὰ usu causali ampliatio apud Polybium aliosque recentioris aetatis auctores facta sit, dicere nos licet nihil obstare quominus praepositionem παρὰ (ad causam indicandam) adiunxerit Dio verbo ἀθροίζειν. Quamquam igitur facile explicatur correctio Reiskiana (παρὰ enim aberratione oculorum transcribentis ad vocabulum παρὰ paulo ante scriptum oriri potuit), ex iis quae diximus sequitur ut non necessaria videatur mutatio.

§ 6. Ex locali significatione praepositionis παρὰ (iuxta) iam antiquitus nata erat notio c o m p a r a n d i de qua nunc dicendum est. Qua notione sic plerumque usi erant scriptores antiqui, ut sive verbum comparandi iudicandi inquirendi adderent (τιθέναι, παραβάλλειν, θεωρεῖν, σκέψασθαι, ἐξετάζειν) sive nullo eiusmodi verbo addito praepositionem παρὰ comparativa vi praeditam usurparent. Prior ille usus — quod casui tribuerim — admodum rarus est in libris Dionis, quin prorsus deesset nisi Bekkerus rectam lectionem restituisset, qui 50, 22, 2 pro codicum lectione ἐνθυμηθέντας correxit θέντας. „Oportet vos", ita nostro loco Antonius alloquitur milites, „haec cum animis vestris reputantes (ἐνθυμηθέντας) periculaque ac spes ex aequo omnibus esse arbitratos, omni conatu rebus communibus opitulari propensisque animis nobiscum elaborare ἐνθυμηθέντας (ita codd.) παρ' ἄλληλα καὶ ἃ πεισόμεθα, ὥσπερ εἶπον, ἡττηθέντες, καὶ ὧν τευξόμεθα κρατήσαντες. Pro codicum

lectione Bekkerus probabilem adhibuit correctionem θέντας π. ἄλληλα etc. Comparandi vim inesse praepositioni nostro loco vix quisquam negabit; duae enim res, quae victis patienda erunt quaeque victoribus obtinenda, inter se componuntor a militibus; ut hae res facile comparentur, iuxta ponendae sunt (π. ἄλληλα τιθέναι), quam significationem, ut ita dicam, translatam, facile autem e locali significatione deducendam, alii scriptores saepius adhibuerunt, e. g. Plato (Soph. p. 230 B): δόξας τιθέασι π. ἀλλήλας, cf. Rep. p. 361 B; Phaedr. p. 264 B: π. ἄλληλα ἔθηκεν, saepissime; Polyb. (3, 99, 7): ὑπὸ τὴν ὄψιν τιθέναι τὴν τῶν Ῥωμαίων πρᾳότητα παρὰ τὴν τῶν Καρχηδονίων ἀπιστίαν, Isocr. (3, 17): τὰς μεγίστας τῶν πράξεων π. ἀλλήλας τιθέντες, cf. 7, 79; 12, 252.

Nostro loco vox ἐνθυμηθέντας in textum recepta esse potest in describendo, aberratione oculorum transcribentis ad verbum quod paulo ante legitur; potest quoque originem ducere e vocabulo praecedenti προθύμως. Hanc ob causam mutatio Bekkeriana accipienda videtur, quam in textum recepit vir clarissimus Boissevain, quamquam codicum lectio ἐνθυμηθέντας παρ' ἄλληλα per se non est abicienda quia saepius occurrit locutio similis (ἐξετάζειν π. ἄλληλα Dem. 18, 265; Isocr. 8, 11). Causis autem quas dixi, quibus addendum est nostro loco fere inesse flosculum Platonicum (p. 264 B), adductus emendationem Bekkerianam probandam censeo.

Multo saepius vero apud Dionem praepositio παρὰ comparationem indicans occurrit nullo verbo qualia sunt τιθέναι παραβάλλειν e. a. addito, cuius usus non multa apud antiquiores scriptores inveniuntur exempla. Herodotus praebet exemplum (7, 20): ὥστε μήτε τὸν Δαρείου (στόλον) τὸν ἐπὶ Σκύθας π. τοῦτον μηδένα φαίνεσθαι (cum hac expeditione comparata nullius pretii esse videbatur); cf. 2, 160: π. ταῦτα οὐδὲν ἐπεξευρεῖν. Xen. (Mem. 1, 4, 14): π. τὰ ἄλλα ζῷα ὥσπερ θεοὶ ἄνθρωποι βιοτεύουσι (comparati cum reliquis animalibus homines ut di vitam degunt). Plato quoque et Demosthenes plura dant exempla.

Cum priore exemplo Herodoteo (7, 20) conferendus est locus ex fragmentis Cassii Dionis (12, 2): *πᾶς γάρ τις τὸ ἀπείρατον πρὸ τοῦ κατεγνωσμένου προαιρεῖται, μεγάλην ἐς τὸ ἄδηλον ἐλπίδα π. τὸ μεμισημένον ἤδη ποιούμενος* (ubi spes magna dicitur comparata cum iis quas quis iam odit rebus, i. e. maior quam quod iam odit; in positivo itaque *μεγάλην* coniuncto cum praepositione *παρὰ* iam inest comparativa vis).

Plurimis autem locis praepositio *παρὰ* eo sensu de quo dicimus usurpata est, additis comparativis, cuius usus Herodotus quoque adhibet exemplum (7, 103): *γενοίατ' ἂν π. τὴν ἑωυτῶν φύσιν ἀμείνονες*. Thucydides bis ita usurpavit praepositionem (1, 23, 3): *ἡλίου ἐκλείψεις πυκνότεραι π. τὰ ἐκ τοῦ πρὶν χρόνου μνημονευόμενα ξυνέβησαν* (crebiores quam, i. e. comparatae cum iis rebus quarum ex superioribus temporibus meminerant), (4, 6, 1): *χειμὼν ἐπιγενόμενος μείζων π. τὴν καθεστηκυῖαν ὥραν* (hiems maior quam pro anni tempore; maior comparata cum anni tempore). Apud Platonem saepius haec significatio invenitur (cf. Rep. p. 468 C; Phaedr. p. 236 B; e. a.).

Haec aliaque exempla laudat Rau, quibus addi poterunt Plutarchi exempla: (p. 1046 D): *τῆς ἀϊδίου εὐδαιμονίας αἱρετωτέρας γινομένης π. τὴν ἀμεριαίαν*, (p. 933 C): *ὡς τὰ θερμὰ π. τὰ ψυχρὰ θερμότερα καὶ τὰς ἡδονὰς π. τοὺς πόνους σφοδροτέρας, οὕτω τὰ λαμπρὰ φαίνεσθαι π. τὰ σκοτεινὰ φανερά.*

In Novo Testamento quoque nonnulla occurrunt exempla huius usus; legimus enim in Evang. Lucae (3 : 13): *μηδὲν πλέον π. τὸ διατεταγμένον ὑμῖν πράσσετε* (Nihil amplius exegeritis quam quod vobis constitutum est); in Epist. ad Hebr. (3 : 3): *πλείονος δόξης οὗτος π. Μωϋσῆν ἠξίωται*, (9 : 23): *αὐτὰ τὰ ἐπουράνια κρείττοσιν θυσίαις παρὰ ταύτας*, (11 : 4): *πίστει πλείονα θυσίαν Ἄβελ π. Κάϊν προσήνεγκεν τῷ θεῷ*, (12 : 24): *αἵματι ῥαντισμοῦ κρεῖττον λαλοῦντι π. τὸν Ἄβελ.*

Videamus locos quibus Cassius Dio praepositionem *παρὰ* ita usurpavit coniunctam cum comparativo:

fr. 18, 3: *παρρησίᾳ πλείονι πρὸς αὐτὸν* (sc. *τὸν ὅμιλον*) *π. τοὺς*

ἄλλους τοὺς ὁμοίους οἱ ἐκ τῶν κατειργασμένων ἐχρῆτο (maiore loquendi licentia usus est quam ceteri ....).

fr. 35, 11: *τὰς σπονδὰς πολὺ βελτίους σφίσι π. τοὺς ἄλλους ἔδοσαν.*

fr. 84, 1: *Φιλοτιμίᾳ πλείονι π. τὸ προσῆκον τό τε ἁρμόζον τῇ ἄλλῃ αὐτοῦ ἀρετῇ ἐχρῆτο* (maiore gloriae cupiditate erat quam par esset aut quam cum ceteris eius virtutibus congrueret); cf. § 8 *b*.

37, 40, 2: *καίτοι τοῦ ἀριθμοῦ τῶν πεφονευμένων ἐλάττονος π. τὸ νενομισμένον ὄντος* (quamquam caesorum numerus minor erat constituto); cf. § 8 *b*.

45, 9, 3: *ἠδυνήθησάν τισιν ἐπὶ μακρότερον, π. τὰ νενομοθετημένα πρὸς τοῦ Καίσαρος, ἄρχειν ἐπιτρέψαι* (poterant quibusdam imperium prorogare ultra quam a Caesare constitutum erat); cf. § 8 *b*.

46, 29, 2: *τὸ τὰς ἄλλας ἀρχὰς δέκα ἔτεσι θᾶσσον π. τὸ νενομισμένον αἰτῆσαι* (petere reliquos magistratus decennio ante legitimam aetatem); cf. § 8 *b*.

46, 55, 5: *ἐκαλεῖτο ἐκείνη μὲν τογᾶτα, ὅτι εἰρηνικωτέρα π. τὰς ἄλλας ἐδόκει εἶναι* (illa quidem vocabatur Gallia Togata, quod pacatior esse videbatur quam reliquae).

54, 10, 4: *τῷ Δρούσῳ πέντε ἔτεσι θᾶσσον π. τὰ νομιζόμενα τὰς ἀρχὰς αἰτῆσαι ἐπέτρεψεν* (vid. 46, 29, 2); cf. § 8 *b*.

Idem est: 56, 17, 2: *τὸ τὴν ὑπατείαν θᾶσσον π. τὸ νενομισμένον λαβεῖν*, cf. § 8 *b*.

57, 10, 5: *χρήματα αὐτῷ πλείω π. τὸ τεταγμένον ἐκ τῆς Αἰγύπτου ἧς ἦρχε πέμψαντι* (qui ei maiorem pecuniam ex Aegypto cui praeerat miserat quam constitutum erat); cf. § 8 *b*.

66, 8, 1: *ὁ Νεῖλος παλαιστῇ πλέον π. τὸ καθεστηκὸς ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ἐπελάγισεν* (Nilus flumen uno die quattuor digitis amplius quam consueverat inundavit); cf. § 8 *b*.

71, 3, 3: *ὅσῳ ἂν πλεῖόν τι π. τὸ καθεστηκὸς λάβωσι, τοῦτ' .... ἐσπεπράξεται* (quanto plus quam usitatum erat acciperent, id .... exactum erit); cf. § 8 *b*.

Superlativus uno tantum loco ita coniunctus occurrit teste Rau (pag. 73), nempe apud Oppianum (Hal. 2, 200): *ἰχθὺν ὃν παρὰ πάντας ἀεργότατον τέκεν ἅλμη*, cui licet addere duos locos Dioneos: 37, 35, 4: *τὸ πῦρ ἐπὶ μακρότατον π. τὸ εἰκὸς ἤρθη (ἱερῶν .... ποιηθέντων)*, quae verba ita vertenda sunt: flamma altissime se extulit contra solitum, id est comparata cum eo quod fieri solebat; ita ut superlativus comparativi vice fungatur (cf. § 8 *b*). 38, 4, 5: *ὁμογνώμονας τοὺς πρώτους τε .... ὄντας καὶ μέγιστον παρὰ πάντας δυναμένους λαβών* (eos qui primi erant et plurimum supra omnes poterant suae sententiae adstipulatores accipiens), ubi quoque superlativus *μέγιστον* pro comparativo *μεῖζον* positus est.

Sequuntur duo exempla ubi verbum notione comparativa praeditum occurrit: 46, 25, 4: *τίς ἀξιώσει προέχων, τίς ἐμπειρίᾳ προφέρων παρὰ τοῦτον ἄλλος ἦν*; [quis alius auctoritate, quis peritia excellebat praeter eum (sc. Antonium)?]. 46, 55, 5: *ἐκαλεῖτο αὕτη δὲ κομᾶτα, ὅτι οἱ Γαλάται οἱ ταύτῃ ἐς κόμην τὸ πλεῖστον τὰς τρίχας ἀνιέντες ἐπίσημοι κατὰ τοῦτο παρὰ τοὺς ἄλλους ἦσαν* (altera Gallia vocabatur Comata, quod Galli qui ibi habitabant comam gerebant admodum promissam eoque insignes erant prae ceteris). Hisce exemplis inest vocabulis *προφέρων* atque *ἐπίσημοι* vis quaedam comparativa quae praepositionem *παρὰ* adsciscit. Hactenus praepositio *παρὰ* ex locali usu facile explicatur, sed ultra progreditur usus, cum verbum caret vi comparativa, tum enim significat „praeter, plus quam". Huius usus apud Atticos scriptores pauca modo exempla inveniuntur e. g. Xen. Ages. 5, 3: *ἑκὼν ἐπόνει π. τοὺς ἄλλους*, Plato p. 539 E: *διακρίνειν π. τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους*, p. 183: *σφόδρα π. τοὺς ἄλλους δυστυχεῖν*, apud recentiores autem scriptores saepius occurrunt (Plut. Alc. X: *ἀνδρὶ ἱστορικῷ π. ὁντινοῦν τῶν φιλοσόφων* e. a.; in LXX virorum versione Genes. 37, 3: *Ἰακὼβ δὲ ἠγάπα τὸν Ἰωσὴφ π. πάντας τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ*, in Novo Test. apud Lucam 13, 2: *ἁμαρτωλοὶ π. πάντας τοὺς Γαλιλαίους ἐγένοντο*, Hebr. 1, 9: (cf. Ps. 45, 8):

ἔχρισέν σε ὁ θεός σου ἔλαιον ἀγαλλιάσεως π. τοὺς μετόχους σου, 2, 7: *ἠλάττωσας αὐτὸν βραχύ τι π. ἀγγέλους*, (vs. 9): *τὸν βραχύ τι π. ἀγγέλους ἠλαττωμένον*).

Idem fere valet in locis Dioneis, ubi locutiones *π. δύναμιν*, *π. τὴν ἰσχύν* occurrunt significatione „supra vires, magis quam vires patiuntur", nempe:

44, 27, 3: *πολλοὶ πολλάκις καὶ π. τὴν ἰσχὺν ἐπαίρονται διακινδυνεύειν* (multi saepe etiam ultra quam robore suo possunt decertandi studio flagrant), quo loco paulo ante occurrit synonyma locutio *ὑπὲρ δύναμιν*.

fr. 20, 4: *τοῖς ὑπείκουσι καὶ π. δύναμιν ἀνθυπουργεῖν* (cedentibus indulgere etiam supra vires, ultra quam vires sinunt).

fr. 43, 19: *τῶν πολλῶν τὰ σφέτερα καὶ π. δύναμιν περιστελλόντων* (plerisque res suas etiam supra vires tuentibus).

52, 37, 9: *ἐκβιάζεσθαί τινας ἢ πρᾶξαί τι ἢ ἀναλῶσαι π. δύναμιν ἐπιχειρεῖν* (aliquos cogere conari ut aliquid ultra facultates suas agant vel impendant).

74, 7, 7: *αὕτη ἡ συντυχία .... τοὺς μὲν καὶ ὑπὲρ τὴν ἰσχὺν ἐπέρρωσε, τοὺς δὲ καὶ π. τὴν δύναμιν ἐξεφόβησε*. (is rerum casus .... illos adeo supra virium modum confirmavit, hos ultra quam vires admittere videbantur perterrefecit), quo loco locutiones eadem significatione praeditae (*ὑπὲρ τὴν ἰσχὺν* — *π. τὴν δύναμιν*) iuxta se positae occurrunt.

Hac quoque in re imitatus esse videtur Dio Thucydidem, qui nonnullis locis eandem adhibuit locutionem *παρὰ δύναμιν* (1, 70, 3; 3, 54, 4; 3, 57, 4; 8, 2, 2), eadem atque apud Cassium significatione.

Facile haec significatio praepositionis derivatur ex locali significatione „praeter".

In Novo Testam. (Hebr. 11, 11) dicitur Sara *πίστει δύναμιν εἰς καταβολὴν σπέρματος λαβεῖν καὶ παρὰ καιρὸν ἡλικίας* (*τεκεῖν*), itaque peperisse etiam praeter tempus aetatis, id est cum iam tempus aetatis praetergressa esset. In epist. ad Romanos (12, 3) adhortatur fratres Paulus *μὴ ὑπερφρονεῖν παρ' ὃ δεῖ φρονεῖν*, id

est μὴ φρονεῖν ὑπὲρ (= παρὰ) ὃ δεῖ φρονεῖν (ne sapiant praeter quod sapere oportet).

Sicut in exemplis de quibus sermo erat, ita alius praepositionis παρὰ usus a locali notione „iuxta" derivandus est, ut oriatur significatio „praeter". Praecedunt plerumque adiectiva qualia sunt ἄλλος, ἕτερος, διάφορος. Saepissime praepositionem παρὰ eo sensu ornatam apud Platonem invenimus (παρὰ ταῦτα εἰπεῖν ἕτερα p. 235 C; ἄλλα p. 235 E; e. a.); exstat quoque hic usus apud alios antiquos scriptores (e. g. apud Demosthenem 18, 139: π. ταῦθ' ἕτερα γράφειν, 18, 235: π. ταῦτ' εἰπεῖν ἄλλο οὐδέν, apud Xenophontem Cyr. 1, 6, 2: ἕτερα λέγοντες π. τὰ .... σημαινόμενα, Hell. 1, 5, 5: παρ' ἃ βασιλεὺς ἐπέστειλεν αὐτῷ ἄλλα ποιεῖν). Noster quoque hunc usum habet nempe:

57, 5, 5: οὐκ ἠβουλήθη π. ταῦτα οὐδὲν .... οὔτε ἐκείνους οὔτε τὸν Γερμανικὸν πολυπραγμονῆσαι.

36, 34, 1: π. τὰς ἐπετησίους ἀρχὰς .... ἑτέραν ἑλέσθαι (praeter annuos magistratus .... alium eligere).

37, 58, 4: ἄνθρωποι π. πάντα ταῦτα παμπληθεῖς ἀπώλοντο (quo loco verba π. πάντα ταῦτα significationem fere postulant „praeter haec omnia"; sermo enim est in capite extremo huiusce libri de tempestate saeva, quae arbores convellit, aedes subvertit, naves submergit, pontem ligneum disicit. Praeter haec omnia permulti quoque homines interierunt. Temporalem notionem („in omnibus his rebus") loco inesse vix crediderim).

Duo sunt exempla ubi vox ἄλλος occurrit sequente praepositione παρά:

59, 13, 5: ἄλλοτε γὰρ ἄλλῃ ὥρᾳ π. τὰ προηγγελμένα ἀπαντῶντος αὐτοῦ (alias alio tempore ac edixerat, (iis) occurrit), quae sententia elliptice fere dicta explicatur sequentibus verbis τοτὲ μὲν ἔτι νυκτὸς τοτὲ δὲ καὶ μετὰ μεσημβρίαν ἐς τὰ θέατρα ἐσιόντος, semper autem ἄλλῃ ὥρᾳ π. τὰ προηγγελμένα; cf. § 8 *b*. Cum qua ratione dicendi conferenda sunt verba Pauli (ad Cor. ep. I. cap. 3, 11): θεμέλιον γὰρ ἄλλον οὐδεὶς δύναται θεῖναι

παρὰ τὸν κείμενον, ὅς ἐστιν Χριστὸς Ἰησοῦς (fundamentum enim aliud nemo iacere potest praeter iactum quod est Christus Iesus).

48, 4, 1: *αὐτὴ τὰ πράγματα διεχείριζεν, ὥστε μήτε τὴν βουλὴν μήτε τὸν δῆμον ἄλλο τι παρὰ τὸ ἐκείνῃ δοκοῦν χρηματίζειν* (Fulvia rempublicam ipsa administravit ita ut neque senatus neque populus quidquam aliud praeterquam quod ipsi videretur statueret).

Hoc loco, quia agitur de vocabulis, quae d i s c r i m e n significant, dicendum videtur de loco 47, 3, 3, ubi Cassius Dio in narratione de caedibus perpetratis Romae anno 43 a. C. n. mentionem facit de Sullani temporis iniuriis; omnia fere, sic ille, consentiunt, nisi quod duae nunc tabulae proscriptionis sunt. *τοῦτο δὲ οὐ π. τὰς σφαγὰς τὰς ἐν τῷ πρὶν γενομένας παρήλλαξεν* (id vero nullum effecit discrimen a caedibus quae olim erant factae). Solet huic verbo addi praepositio *πρὸς* cum accusativo, quamquam sane non desunt exempla quibus genitivus qui dicitur comparationis occurrit, ut apud Platonem (p. 957 B: *ὅσα παραλλάττει τῶν ἐν ταῖς ἄλλαις πόλεσι δικαίων*), sed iam apud Dionysium Halicarnassensem praepositio *παρὰ* cum substantivo verbali *παραλλαγὴ* coniuncta invenitur (de comp. verb. 84, 4 R: *ἕξει ἀκαρῆ τινα παραλλαγὴν παρὰ τὴν προτέραν*).

E x c l u s i v a quae dicitur vis praepositionis *παρὰ* quae e. g. occurrit in locutione Aristophanea *οὐκ ἔστι π, ταῦτ' ἄλλα* (Nub. 698; Vesp. 1166; Pac. 110), cum quibus verbis conferri poterunt Platonis verba (Phaedo p, 107 A): *οὔκουν ἔχω π. ταῦτα ἄλλο τι λέγειν*, uno loco invenitur apud Dionem, numero quodam addito, nempe 58, 20, 5: *πεντεκαίδεκα στρατηγοὶ ἐγένοντο· καὶ τοῦτο καὶ ἐπὶ πολλὰ ἔτη συνέβη, ὥστε ἔστι μὲν ὅτε ἑκκαίδεκα ἔστι δ' ὅτε παρ' ἕνα ἢ καὶ δύο χειροτονεῖσθαι* (quindecim praetores fuerunt; idque multis annis accidit, ut nonnunquam sedecim nonnunquam uno aut duobus pauciores fierent). Eiusmodi exempla habemus apud Herodotum (9, 33):

παρ' ἓν πάλαισμα ἔδραμε νικᾶν, simillimum exemplum apud Dionem Chrysostomum (9, p. 141 D): παρ' ἓν μόνον βῆμα εὐδαίμων γέγονας, apud Isaeum (3. 37): π. τέτταρας ψήφους μετέσχε τῆς πόλεως, apud Demosthenem (24, 138): π. ὀλίγας ψήφους ἐτιμήσατε, (23, 205): π. τρεῖς ἀφεῖσαν ψήφους τὸ μὴ θανάτῳ ζημιῶσαι, apud Plutachum (Dem. 15): π. τριάκοντα μόνας τὸν Αἰσχίνην ἀποφυγεῖν. Cf. quoque in Nov. Test. (ad Cor. ep. II. cap. 11, 24): ὑπὸ Ἰουδαίων πεντάκις τεσσεράκοντα παρὰ μίαν ἔλαβον (a Iudaeis quinquies quadragenas praeter unam, id est una excepta, accepi), et apud Flavium Iosephum (Antt. 4, 8, 1): τῶν δὲ τετταράκοντ' ἐτῶν παρὰ τριάκονθ' ἡμέρας συμπεπληρωμένων.

De loco Thucydideo (8, 29, 2): ὅμως δὲ π. πέντε ναῦς πλέον ἀνδρὶ ἑκάστῳ ἢ τρεῖς ὀβολοὶ ὡμολογήθησαν. ἐς γὰρ πέντε ναῦς καὶ πεντήκοντα τριάκοντα τάλαντα ἐδίδου τοῦ μηνός· (ubi lectio codicum τρία Madvigii ingeniosa coniectura in τριάκοντα mutata est) non omnes viri docti eandem sententiam habent; probabilis mihi videtur explicatio Classenii qui haec adnotat: „Der Ausgleich (ὁμολογία), zu dem Tissaphernes sich verstand, bestand darin, dass er den 55 peloponn. und syrakus. Schiffen (c. 26, 1) den Sold von vollen 60, also παρὰ πέντε ναῦς πλέον (um 5 Schiffe mehr als wirklich vorhanden waren d. i. auf 55 ein Elftel oder ca. 9 % Zulage) zahlte", quamquam huius significationis praepositionis παρὰ alia exempla non laudat Classenius, fortasse laudare non potest.

§ 7. Comparativam vim praepositio παρὰ in quibusdam locutionibus habet verbis aestimandi adiunctis, ubi praepositio cum neutro adiectivi quantitatis coniuncta gradum indicat aestimationis; eiusmodi locutiones apud antiquiores scriptores paucae modo inveniuntur; increbrescunt tamen inde ab Alexandri Magni aetate. Haec sunt quae ex antiquis scriptoribus exempla enumeravit Rau (l.l. pag. 76): παρ' οὐδὲν εἶναι nihili esse, Soph. Oed. R. 983; Soph. Antig. 466; Eurip. Or. 569; quibus addi potest versus a Cicerone (ad Att. 1, 20, 3) sive

Rhinthoni phlyacographo sive Philemoni tributus: *οἱ μὲν παρ οὐδέν εἰσι, τοῖς δ' οὐδὲν μέλει.*

παρ' οὐδὲν ἄγειν pro nihilo ducere, Soph. Antig. 35;

παρ' οὐδὲν τίθεσθαι eadem significatione, Aesch. Ag. 215; Eur. Iph. T. 732; Plato Phaedr. p. 252 A;

παρ' οὐδὲν ποιεῖσθαι (idem), Xen. Anab. 6, 6, 11; cf. Plut. Cato maior. 3, 5: *παρ' οὐδὲν ἐποιήσατο γενέσθαι διάφορος*, Polyb. 14, 7, 3; 16, 13, 3;

παρὰ μικρὸν ἡγεῖσθαι parvi ducere, Isocr. 5, 79; (Alciphr. 1, 29, 5); παρὰ μικρὸν ποιεῖσθαι Dem. 61, 51;

παρ' ἔλαττον ἡγεῖσθαι minoris ducere, Plato Rep. p. 548 D;

παρ' οὐδὲν ἡγεῖσθαι Dem. 18, 164;

Soph. El. 1326: *παρ' οὐδὲν τοῦ βίου κήδεσθαι* habet, ubi verbo *κήδεσθαι* notionem aestimandi inesse apparet.

Cassius Dio plura habet exempla quibus hae locutiones occurrunt, nempe:

παρ' οὐδὲν ἄγειν.

- 48, 4, 1: *τὸν Λέπιδον παρ' οὐδὲν ἦγε.*
- 64, 9, 1: *τὴν βουλὴν καὶ τὸν δῆμον παρ' οὐδὲν ἦγε.*
- 36, 45, 2: *Κρήτην παρ' οὐδὲν ἔτ' ἤγαγε.*
- 47, 24, 4: *παρ' οὐδὲν αὐτὴν* (sc. *τὴν σωτηρίαν αὐτοῦ*) *ἤγαγεν*, opp. *ἐν παντὶ ποιεῖσθαι.*

παρ' οὐδὲν τίθεσθαι.

- fr. 11, 16: *ὅτι ἀποσφάξειν αὐτὴν εἶπε, παρ' οὐδὲν ἔθετο.*
- fr. 36, 14: *τὴν κακοδοξίαν .... παρ' οὐδὲν πρὸς τὰ συμφέροντα αὑτῶν τιθέμενοι.*
- 38, 29, 4: *παρ' οὐδὲν πάντα τἆλλα πρὸς τὸ τυχεῖν ὧν βούλονται, τίθενται* (ubi cod. lectionem praebet *οὐδενὶ* quam Reimaro auctore facile emendatam legimus *οὐδέν*).
- 39, 58, 2: *τὸ ζῆν παρ' οὐδὲν πρὸς τὴν αὐτίκα φιλονεικίαν τιθέμενοι.*
- 59, 23, 3: *πάντα ἀεὶ τὰ διδόμενα αὐτῷ παρ' οὐδὲν ἐτίθετο.*
- 62, 13, 3: *τὸν συνάρχοντα Ῥοῦφον παρ' οὐδὲν ἐτίθετο.*

παρ' οὐδὲν ποιεῖσθαι.	fr. 36, 2: τοὺς δὲ παρ' οὐδὲν αὐτὰς (sc. τὰς κολάσεις) πρὸς τὸ τυχεῖν ὧν ὀρέγονται ποιουμένους.... 47, 5, 5: παρ' οὐδὲν τὴν τοῦ ἑταιρικοῦ σωτηρίαν πρὸς τὴν τοῦ διαφόρου τιμωρίαν ποιούμενοι.... 71, 24, 3: παρ' οὐδὲν ἂν τὸ πρᾶγμα ἐποιησάμην.

Locutio *παρὰ μικρὸν ἡγεῖσθαι*, sicuti omnes locutiones quibus adiunctum est verbum *ἡγεῖσθαι*, apud Cassium non occurrit; attamen alias praebet locutiones quibus exprimitur eadem res, nempe: parvi ducere alqd. Habet enim fr. 40, 12: *παρὰ σμικρόν τισιν αὐτὰ ποιεῖσθαι ἔδοξαν.*

44, 48, 1: *μεγάλα μὲν αὐτὰ καθ' ἑαυτὰ ὄντα, παρὰ μικρὸν δ' ἂν πρὸς ἐκεῖνα νομισθέντα.*

fr. 40, 2: *παρ' ὀλίγον τὴν ἰδίαν ἔχθραν πρὸς τὰ κοινῇ συμφέροντα ἐποιήσατο.*

fr. 37, 4: *τὰ ἀεὶ συγχωρούμενα αὐτοῖς.... παρὰ μικρὸν ἐτίθεντο.*

67, 11, 2: *παρὰ βραχὺ τὴν ἑαυτοῦ ἀσφάλειαν πρὸς τὸ μηδένα ἐξ αὐτῶν συκοφαντηθῆναι θέμενος....*

Unus restat locus ubi superlativus additus est:

fr. 9, 3: *τὰ δυσχερέστερα.... φαυλίσας παρ' ἐλάχιστον ἦγε* (offensas neglexit atque minimi putabat).

Comparativus in hac dictione apud Dionem non extare videtur.

Hic quoque dicendum videtur de locutione *παρὰ πάντα* quae nonnullis locis, licet verbum aestimandi absit, eandem explicationem habet locutioni *παρ' οὐδέν*, significat enim „omnino". Sunt quos dico loci hi:

50, 1, 5: *τά τε ἡμίσεα καὶ αὐτὸς τῶν λαφύρων ἀπῄτει, καὶ π. πάντα ἐπέφερεν αὐτῷ τήν τε Κλεοπάτραν καὶ τοὺς παῖδας.... τά τε δωρηθέντα σφίσι....* (Cleopatrae consuetudinem liberorumque eius Caesar Antonio exprobrabat omnino, praesertim).

43, 36, 2: *οἱ Καισάρειοι στρατιῶται τῷ τε πλήθει καὶ τῇ ἐμ-*

πειρίᾳ καὶ π. πάντα τῇ αὐτοῦ ἐκείνου παρουσίᾳ θαρσοῦντες ....
63, 29, 1[2]: *π. πάντα δὲ ζήτησιν αὐτοῦ τοῦ Νέρωνος ἐποιοῦντο.*

In sequentibus exemplis, ubi praepositio *παρὰ* cum adiectivis numeralibus coniungitur, discrimen, intervallum indicatur praepositione *παρὰ* quae significatio originem ducit e locali notione „iuxta".

a) Locutio *παρὰ πολὺ* addito verbo comparativa vi praedito significationem habet Latini ablativi qui dicitur mensurae „multo". Usque ad quod intervallum notio verbi adpositi valeat indicat locutio. Cum e. g. apud Thucydidem (1, 29, 4) legimus: *ἐνίκησαν οἱ Κερκυραῖοι παρὰ πολύ,* indicatur discriminis modus; proprie significat: vicerunt Corcyraei ad magnum intervallum (nempe a loco ubi de vincendo sermo esse incipit); i. e. „multo" superiores fuerunt. Praecedunt sive comparativi sive superlativi vel verba comparativam habentia notionem. Apud Thucydidem sexies occurrere videtur (1, 29, 4: *νικᾶν*; 2, 89, 4: *ἡσσᾶσθαι*; 3, 36, 6: *πιθανώτατος*; 8, 6, 3: *μᾶλλον*; 2, 8, 4: *μᾶλλον*; 2, 89, 5: cod. lectio: *μὴ μέλλοντάς τι ἄξιον τοῦ παρὰ πολύ πράξειν,* quam Steupius non probans mutat in *τοῦ παραλόγου,* de qua mutatione hic non dicam). Cum superlativo coniunctam adhibet locutionem Aristoph. (Plut. 446): *δεινότατον ἔργον παρὰ πολὺ ἔργων ἁπάντων* atque Anaxander com. (Mein. 3, 181): *μέγιστον τῶν ὄψων παρὰ πολύ.* Saepissime apud Polybium occurrit locutio (*διαφέρειν* 1, 55, 7; 16, 4, 4; 18, 32, 12; *ἱπποκρατεῖν* 3, 92, 7; 3, 111, 2; *λείπεσθαι* 23, 7, 5; *κατακρατεῖν* 16, 6, 1; *ἐλάττων* 2, 32, 7; 5, 97, 6; *καταδεέστερος* 31, 18, 4; *εὐηθέστερος* 12, 25 c, 3; *σκληρότατος* 4, 21, 5; *ὁλοσχερέστατος* 6, 13, 3).

Apud Cassium aliquot locos repperimus quibus ea locutio occurrit, nempe:

37, 56, 4: *τοῦ Πομπηίου παρὰ πολὺ ἠλαττοῦτο* (sc. *ὁ Κράσσος*): multo inferior erat Pompeio;

62, 5, 5: ἐν τούτοις παρὰ πολὺ ἡμῶν ἐλαττοῦνται (his in rebus multo nobis inferiores sunt).

fr. 40, 7: ubi de militibus qui Rheginis praesidio missi erant, dicitur: ἀνειμένῃ παρὰ πολὺ διαίτῃ πρὸς τὰ οἴκοι χρώμενοι. ἀνειμένην illam δίαιταν sumpsisse Dionem sine dubio confirmaverim ex Thucydide (1, 6, 3), verba autem π. πολὺ quamquam comparativa notio deesse videtur, coniungenda sunt cum vocabulis πρὸς τὰ οἴκοι, in quibus verbis comparativa vis inesse mihi videtur.

Discrepat non nihil ab exemplis quae attuli 78, 39, 4: ἡ εὔνοιά σφων παρὰ πολὺ ἐς αὐτὸν .... ἐποίει (eorum studia longe magis in eum ferebantur) quae verba imitantur locum Thucydideum (2, 8, 4): ἡ εὔνοια παρὰ πολὺ ἐποίει τῶν ἀνθρώπων μᾶλλον ἐς τοὺς Λακεδαιμονίους, ubi vero locutio παρὰ πολὺ coniungenda est cum comparativa notione μᾶλλον, sicut semper apud Thucydidem cum comparativa notione sive in verbo sive in adverbio posita occurrit.

Sed Appianus (de bell. civ. 1, 82) locum Thucydidis ita expressit ut omitteret adverbium μᾶλλον quamquam facile cogitando suppleas comparativam vim quae ipsis verbis ab eo significata non est. Cum enim ita scribat (1, 82): ἡ γὰρ εὔνοια ἐς τοὺς ὑπάτους π. πολὺ ἐποίει, facile intellegimus ex ipso verborum contextu supplenda haec esse: μᾶλλον ἢ ἐς τὸν Σύλλαν. Omitti autem ab Appiano comparativum et nostro loco et 5, 27 minus mirum videtur, si videmus saepius dictionem ποιεῖν ἐς notione favendi ab eo adhibitam esse (cf. Civ. 2, 25: ἡ γὰρ εὔνοια τῆς βουλῆς μάλιστα ἐς αὐτὸν ἐποίει) et apud aequales Appiani nonnunquam ποιεῖν πρὸς absolute ita poni ut idem valeat atque p r o d e s s e. Comparativam vim in ipso verbo itaque positam esse a scriptoribus putandum est. Nam sic ut Appianus ita Cassius Dio 78, 39, 4.

Eodem modo explicandae, sed sententia contraria adhibitae sunt locutiones παρ' ὀλίγον, παρὰ μικρόν, quae verbis comparativis additis nonnisi apud recentiores occurrunt scriptores,

e. g. apud Polybium (2, 38, 3: ὑπερέχειν π. μικρὸν paulo superare; 12, 20, 7: οὐ π. μικρὸν ἦν κρεῖττον non paulo melius erat). Ad quaelibet verba adpositae indicant parvo discrimine factum esse id quod verbo exprimitur, ita ut verti possit locutio „vix". Sic usurpatas videmus dictiones apud Euripidem (Iph. T. 870): π. ὀλίγον ἀπέφυγες ὄλεθρον (effugisti perniciem, parvo tamen discrimine), apud Alciphronem (3, 5, 3): π. βραχὺ φυγὼν τὸν κίνδυνον (vix periculum effugiens).

b) Sed notum est illud παρὰ πολὺ non tantum ita iam antiquitus usurpari solitum esse ut indicaretur quanto discrimine quis vicerit alium, aliud alii praeposuerit, inter ceteros excellat, denique quatenus quis quid f e c e r i t, sed etiam ad significandum quantum a f u e r i t ut aliquid sit perpetratum.

Transitum aptissime perspicere possumus in duobus locis Demosthenicis, nempe 23, 205: Κίμωνα ὅτι τὴν Παρίων μετεκίνησε πολιτείαν ἐφ' ἑαυτοῦ παρὰ τρεῖς ἀφεῖσαν ψήφους τὸ μὴ θανάτῳ ζημιῶσαι, quo loco significatio inclusiva quam dicere possumus occurrit: discrimine trium suffragiorum ἀφεῖσαν Cimonem, itaque „παρὰ τρεῖς ψήφους ἀπέφυγε". Alter locus haec habet (10, 9): ταύτης ὀλιγωρουμένης Μέγαρα ἑάλω παρὰ μικρόν, hisce verbis inest exclusio quaedam; „propemodum" capta sunt Megara, non tamen expugnata sunt; paulum aberat ut caperentur.

Utramque significationem una enuntiatione comprehendit Thucydides (7, 71, 3): ἀεὶ γὰρ π. ὀλίγον ἢ διέφευγον ἢ ἀπώλλυντο „semper enim modo proxime a salute modo ab interitu aberant; vix effugerunt aut propemodum interierunt". Isocrates (8, 95) significationem „propemodum" praebet: τὴν πολιτείαν π. μικρὸν σαλεῦσαι καὶ λυθῆναι ἐποίησεν. Apud recentiores scriptores e. g. apud Polybium locutiones παρ' ὀλίγον, παρὰ μικρόν, παρὰ βραχὺ fere prorsus adverbialiter usurpatae sunt, significatione „propemodum" praeditae (Polyb. 1, 21, 9: π. ὀλίγον αὐτὸς 'Αννίβας.... ἐνέπεσεν, cf. 1, 25, 3; 5, 40, 2; 9, 7, 10; 18, 29, 12; π. βραχὺ 16, 12, 11; π. μικρὸν 15, 6, 8; 16,

16, 5; 21, 5, 4 e. a.; Plut. Cleom. 27, 3: *π. ὀλίγον πρὸ τῆς μάχης συνέτυχε ταῦτα τὰ γράμματα κομισθῆναι πρὸς αὐτὸν* paulum abfuit quin litterae ante pugnam afferrentur). Cassius Dio quoque has locutiones ita usurpavit: 25, 2: *ὡς δὲ ἐκεῖνοι τὴν ἐπικουρίαν οὐκ ἐψηφίσαντο, πρέσβεις δὲ πρὸς τοὺς Γαλάτας πέμψαντες εἰρήνην αὐτοῖς ἔπραττον, ταύτην παρὰ μικρὸν (ἐπὶ γὰρ μέρει τῆς χώρας προετείνετό σφισιν) ἐποιήσαντο* .... Pacem itaque illi (Romani) iis qui auxilium ab ipsis petiverant, propemodum fecerant (ea enim condicione ut parte agri cederent pax iis offerebatur); paulum afuit quin pacem confecissent.

37, 36, 1: *π. ὀλίγον αὐτοὺς ἀπέλυσαν* (propemodum eos missos fecerunt).

38, 40, 6: *π. ὀλίγον καὶ τὸ ἄστυ εἷλον* (paulum afuit quin etiam urbem caperent).

42, 52, 2: *τὸν Σαλούστιον π. ὀλίγον ἀπέκτειναν.*

59, 19, 7: *διεφθάρη π. ὀλίγον.*

Supplevit Bekkerus ita locum 78, 26, 5: *τὸ τάφρευμ[α παρ' ὀλίγον ἀ]πέβαλεν.*

Omnibus hisce Dioneis locis significatio „propemodum'' occurrit.

c) Sequitur locutio *παρὰ τοσοῦτον ἦλθε* sequente sive genitivo substantivi sive infinitivo, cui apud recentiores scriptores hic illic articuli genitivus praepositus est. Hisce quoque locutionibus indicatur quantum afuerit quin id factum esset quod verbo significetur.

Cum genitivo substantivi coniuncta locutio *παρὰ τοσοῦτον ἦλθεν* occurrit apud Thucydidem bis (3, 49, 4: *παρὰ τοσοῦτον μὲν ἡ Μυτιλήνη ἦλθε κινδύνου*, 7, 2, 5: *παρὰ τοσοῦτον μὲν Συράκουσαι ἦλθον κινδύνου*). Genitivus separativam vim habere mihi videtur, nam proprie sic se habet locutio: iuxta (i. e. ad) tantum discrimen a periculo urbs venit, itaque: urbs tantulo discrimine aberat a periculo. Nobis convenit cum v. d. Classenio adnotante ad priorem quem laudavimus locum: „Diese Wendung ist ohne Zweifel nach der Analogie von *παρὰ τοσοῦτον*,

παρ' ἐλάχιστον ἐγένετο oder ἦλθε mit dem Infin. zu erklären: „um so viel, d. h. um einen so geringen Abstand, geschah es, kam es dazu," d. h. es fehlte so wenig daran (wie ὅσον οὐ, „um wie viel d. i. um wie wenig nicht," beinahe bedeutet). Dasjenige, wozu es fast gekommen wäre, steht, wenn es durch einen Satz ausgedrückt wird, im Infinitiv, wenn durch ein Substantiv, im Genetiv (κινδύνου)."

Cassius Dio semel quoque hanc adhibet locutionem 39, 29, 3, sequente Infinitivo: καὶ ὁ μὲν παρὰ τοσοῦτον ἐλθὼν ἀπολέσθαι οὕτως ἐσώθη. Clodius ita servatus est, cum paulum afuisset quin interiisset.

d) Saepius occurrunt locutiones quales sunt: παρὰ μικρὸν ἦλθεν, παρ' οὐδὲν ἦλθεν, παρ' ὀλίγον ἦλθεν, παρ' ἐλάχιστον ἦλθεν, quamquam sane apud antiquiores scriptores raro inveniuntur.

Eur. (Heracl. 296): παρὰ μικρὸν ψυχὴν ἦλθεν διακναῖσαι, Isocr. (7, 6): παρὰ μικρὸν ἤλθομεν ἐξανδραποδισθῆναι (cf. 8, 78); (17, 42): παρὰ μικρὸν ἦλθον ἄκριτος ἀποθανεῖν (cf. 19, 22); Aesch. (3, 258): παρ' οὐδὲν ἦλθον ἀποκτεῖναι, Thuc. (8, 76, 4): Σάμος παρ' ἐλάχιστον ἦλθε τὸ 'Αθηναίων κράτος τῆς θαλάσσης ἀφελέσθαι (imitatio huiusce loci apud Plutarchum occurrit qui in vita Pericl. 28 haec habet: παρ' ἐλάχιστον ἦλθε Σαμίων ἡ πόλις ἀφελέσθαι τῆς θαλάσσης τὸ κράτος 'Αθηναίοις), (8, 33, 3): παρὰ τοσοῦτον ἐγένετο αὐτῷ μὴ περιπεσεῖν τοῖς 'Αθηναίοις, (4, 106, 4): τὴν 'Ηιόνα παρὰ νύκτα ἐγένετο λαβεῖν (per unam noctem stetit quin cepisset Eïonem).

Apud recentiores scriptores saepius occurrunt, imprimis apud Plutarchum (παρ' οὐδὲν ἦλθεν c. Infin.: Cic. 39; Cato min. 11; Camill. 8; Arist. 20; Pyrrh. 4; Pomp. 3; Alex. 42; παρὰ μικρὸν ἐλθεῖν c. Infin.: Phoc. 3; Tib. Gracch. 21; Iul. Caes. 39; Moral. pag. 325 F.); παρ' ὀλίγον ἦλθεν c. Infin. apud Polybium occurrit (33, 1, 4)]; παρὰ μικρὸν ἦλθον ἀπολέσαι (1, 43, 7). Diod. (14, 100, 5): πολλάκις παρ' ὀλίγον ἐλθὼν ὑποβρύχιος .... κατέφυγεν (ubi Wesselingius εἶναι vel ἀπολέσθαι addidit, Reiskius

γενέσθαι). Arrian. (Anab. 1, 22, 7): παρ' ὀλίγον ἧκεν ἁλῶναι ἡ πόλις.

Cassius Dio bis eandem usurpavit locutionem παρ' ὀλίγον ἐλθεῖν sequente infinitivo, nempe:

fr. 72, 1: τοὺς πρέσβεις παρ' ὀλίγον ἦλθον ἀποκτεῖναι.

48, 9, 2: αὐτὸν ἐκεῖνον παρ' ὀλίγον ἦλθον ἀποχρήσασθαι. Saepius meram locutionem παρ' ὀλίγον non addito verbo ἐλθεῖν adhibuit, de quo supra vidimus.

Non exstat apud Cassium usus quem saepius Polybius adhibuit, praeponens infinitivo articuli genitivum, e. g. 2, 55, 4: παρ' ὀλίγον ἦλθε τοῦ ἐκπεσεῖν, cf. 10, 12, 11; quae verba apud Diodorum quoque leguntur 17, 42, 4; 18, 2, 6; 30, 1, 5; 33, 2, 1); παρ' οὐδὲν ἐλθόντες τοῦ ἀποβαλεῖν ἐκράτησαν (1, 45, 14). Sed iam satis de hisce locutionibus.

§ 8. Iam restat ut dicamus de ea vi praepositionis παρὰ qua quid praeter fines alicuius rei fieri significatur; plerumque res ad animum pertinentes notionesque continentes quae mores spectant, velut δίκαιον, ἀλήθεια, γνώμη, νόμοι e. a., unde fit ut qui harum rerum fines praeterit fines recti et veri et iusti praeterire fingatur. Cum autem praetereundi sensui proxime sit aberrandi notio, praepositio παρὰ indicat, alteram rem cum altera non convenire, ex quo significatio c o n t r a oritur.

Eo modo praepositio παρὰ saepius cum accusativo substantivorum occurrit, rarius cum adiectivorum neutro genere usurpatorum accusativo coniunctum legitur, nonnunquam etiam cum neutro participii cuiusdam. Thucydides rarissime cum infinitivo addito articulo coniunxit (I. 77, 3: παρὰ τὸ μὴ οἴεσθαι χρῆναι.... contra eorum sententiam, non oportere..., cui exemplo conferendus est alter locus I. 84, 2: παρὰ τὸ δοκοῦν ἡμῖν contra nostram opinionem).

Dabimus exempla Dionea quae permulta sunt quibus hic illic addemus comparandi causa aliorum scriptorum locos:

a) Addito s u b s t a n t i v o r u m accusativo:

41, 43, 4: παρὰ τὴν τῶν τεταγμένων ἀκρίβειαν (contra institutorum normam).

58, 18, 2: π. τὴν ἀλήθειαν (cf. Polyb. 12, 25 *a*, 4: παρ' ἀλήθειαν).

38, 22, 4: παρὰ τὴν ἀξίαν (praeter meritum; eandem significationem habemus 44, 33, 4; 79, 7, 3; „immerito" significat locutio 52, 42, 1: π. τὴν ἀξίαν ἐβούλευον i. e. immerito senatores erant; itidem 78, 26, 4); Thuc. (7, 77, 1) dicit de ταῖς π. τὴν ἀξίαν κακοπαθείαις (rebus adversis quae nobis nullo nostro merito acciderunt).

παρὰ γνώμην contra animi propositum 37, 1, 1; 46, 24, 1; 47, 48, 3; 49, 13, 4; 56, 3, 6; 62, 8, 1; 69, 6, 3; 71, 17, 1; 77, 14, 3 (εἰ καὶ π. γνώμην αὐτοῖς ἐλέγετο etsi iis minus grata verba dicebantur, contra ipsorum animum); cum genitivo personae coniuncta occurrit locutio:

36, 29, 3: π. γνώμην αὐτῶν, 39, 60, 3: π. γνώμην αὐτοῦ (eo invito);

57, 15, 9: π. γνώμην αὐτοῦ (aliter atque censuerat);

75, 10, 3: π. γνώμην αὐτοῦ (contra suam voluntatem); addito articulo hos habemus locos:

fr. 57, 82: π. τὴν τῶν Ῥωμαίων γνώμην (contra Romanorum voluntatem).

fr. 69, 1 id.; 37, 21, 4: π. τὴν τοῦ Κάτωνος γνώμην.

39, 38, 2: π. τὴν τοῦ Πομπηίου γνώμην.

45, 40, 3: π. τὴν ἁπάντων ἡμῶν γνώμην (contra omnium nostrum sententiam); 56, 15, 2: π. τὴν τῶν ἀνδρῶν γνώμην (contra virorum sententiam); 39, 48, 1: π. τὴν γνώμην σφῶν (iis invitis); 44, 34, 4: π. τὴν γνώμην αὐτοῦ (contra eius sententiam); eadem verba 48, 5, 5. Omnes hae locutiones quibus vox γνώμη addita est, apud Thucydidem quoque aliosque scriptores tam saepe occurrunt ut laudare longum sit.

45, 27, 3: π. τὰ δόγματα ὑμῶν (contra vestra decreta).

Sequitur locutio παρὰ δόξαν quae tum apud antiquiores scriptores (e. g. apud Herodotum 1, 79; 8, 4; 8, 11; qui

sexies modo eiusmodi usurpavit locutiones) cum apud recentiores et imprimis apud Dionem saepissime invenitur, fere semper nullo addito articulo:

fr. 22, 2: *π. δόξαν* praeter opinionem; cf. fr. 36, 12; fr. 40, 42; 37, 10, 3; 40, 11, 2; 41, 60, 5; 43, 8, 2; 46, 37, 2; 47, 5, 2; 48, 30, 7; 48, 37, 4; 49, 3, 1; 51, 10, 4; 52, 12, 3; 60, 20, 3; 67, 11, 1; 78, 11, 2; articulus omitti solet iam apud antiquiores scriptores (Homerus iam habet *ἀπὸ δόξης*) quia locutio prorsus adverbii instar esse videtur nec vero ut in dictione *κατά γε τὴν ἐμὴν δόξαν* aliisque eiusmodi locutionibus ad certae personae opinionem animus advertitur, sicut apud nostrum 48, 6, 2: *π. τὴν δόξαν αὐτῶν* (praeter ipsorum opinionem).

fr. 94, 2: *π. τὸ ἔθος* (praeter consuetudinem suam); (cf. Plato Rep. p. 452 A; etc.).

π. τὴν ἐλπίδα (coniunctum cum locutione *παρὰ τὴν ἀξίαν* 38, 22, 4) fr. 40, 18: *τὸ π. τὴν ἐλπίδα σφῶν αὐτὸν περιεῖναι*, cf. 44, 26, 6. Omisso articulo *παρ' ἐλπίδα* occurrit: fr. 36, 2; 62, 11, 4; 78, 15, 2; (coniunctum cum locutione *παρὰ τὴν ἀξίαν* 79, 7, 3). Altera locutio apud Thucydidem quoque invenitur (4, 62, 3; 7, 66, 3), saepius usurpata a Polybio. Locutio *παρ' ἐλπίδας* quam alii scriptores adhibent, a Dione omnino non adhibita esse videtur.

56, 38, 4: *π. τὰ ἑαυτῶν ἤθη* (contra mores suos).

Locutio *παρὰ λόγον* quam apud Thucydidem saepissime legimus, apud Cassium Dionem raro invenitur; fr. 12, 9: *ἐς ὕψος τι μέγα π. λόγον ἀρθέντες*, cf. fr. 43, 14; fr. 43, 15; 38, 16, 1.

π. τὸν νόμον 52, 34, 6; 56, 32, 1;

π. τοὺς νόμους 39, 21, 4; 59, 12, 1; 59, 15, 1; 59, 22, 6;

π. τὸν τοῦ Σύλλου νόμον 37, 37, 1;

π. τὸν Οὐοκώνειον νόμον 56, 10, 2;

Saepissime *π. τὸν νόμον* atque *π. τοὺς νόμους* apud omnes scriptores legitur, quamobrem exempla laudare non opus esse videtur.

π. τὰ πάτρια (praeter instituta maiorum) 41, 36, 1; 42,

21, 2 (π. πάντα τὰ πάτρια); 43, 33, 1; 46, 49, 1; 60, 21, 4; 63, 2, 3;

π. τὰς συνθήκας (contra foedus, compositum) 68, 10, 3; (cf. Plato Crit. p. 52 D; Isocr. 18, 30; 18, 4 etc.);

π. τὴν ἑαυτῶν φύσιν ἐγεννήθη πολλὰ (sc. τὰ ζῷα) 43, 35, 3 de monstruosis partibus animalium dicitur.

π. τὰ ψηφίσματα τά τε τοῦ δήμου καὶ τὰ τῆς βουλῆς 39, 55, 2 (contra populi atque senatus decreta).

Seorsum memoranda videtur locutio π. τὴν ἀξίαν 47, 17, 3, ubi non significat ἀξία meritum vel dignitas, sed iustum pretium quod pro mercibus solvitur. Itaque nostro loco πολὺ π. τὴν ἀξίαν τοῖς στρατιώταις πάντα ἐπιπράσκετο vertendum est: militibus omnia contra (i. e. fere infra) pretium debitum vendebantur, multo minoris quam debuerat. Aliquoties apud Dionem, quemadmodum apud alios scriptores, opposita occurrit locutio ὑπὲρ τὴν ἀξίαν (pluris quam debuit), e. g. 42, 50, 5; 52, 34, 9; 59, 21, 5.

b) Addito participiorum accusativo:

36, 32, 3: παρά τε τὰ διατεταγμένα ἐν τοῖς νόμοις καὶ παρὰ τὰ διεληλεγμένα ἐν τοῖς ἔργοις αἱρεθείη ἂν (contra legum sententiam et contra quae usu rerum refutata sunt electus esset).

42, 20, 4: π. τὰ δεδογμένα σφίσιν (contra eorum instituta).

52, 7, 2: π. τὸ δοκοῦν τῷ κρατοῦντι (contra principis sententiam); cf. Thuc. 1, 84, 2: π. τὸ δοκοῦν ἡμῖν. — 41, 2, 1: π. τὰ δοκοῦντά σφισιν (aliter ac sentiunt); cf. Plato (Protag. p. 335 B): π. τὰ σοὶ δοκοῦντα, (Gorg. p. 495 A; p. 500 B).

fr. 21, 1: π. τὸ εἰκός (praeter quam opus est, contra quam rationi consentaneum est).

37, 35, 4: τὸ πῦρ ἐπὶ μακρότατον π. τὸ εἰκὸς ἤρθη (ignis altissime se extulit contra solitum) (cf. pag. 144).

Thucydides quoque hanc locutionem adhibuit (2, 61, 1: εἰ μὴ καταπεπληγμένους ὑμᾶς π. τὸ εἰκὸς ἑώρων, ubi π. τὸ εἰκὸς cum priore nostro loco congruit; fere supra quam (magis quam) rei consentaneum est. 3, 40, 4: π. τὸ εἰκός τοι καὶ τούσδε

ξυμφόρως δεῖ κολάζεσθαι (oportet eos quamvis contra aequum sit, vestro ipsorum commodo castigari).

Saepissime apud nostrum occurrit locutio π. τὸ καθεστηκός (praeter consuetudinem, contra res statutas):

40, 54, 2; 41, 43, 1; 43, 46, 3; 48, 34, 2; 51, 21, 9; 57, 8, 3; 57, 14, 5; 65, 8, 1; 66, 8, 1; (de quo loco vid. pag. 143); 66, 22, 1; 71, 3, 3 (cf. pag. 143); 73, 1, 3; 78, 18, 5; 79, 8, 1;

Thucydides bis usurpavit dictionem π. τὸ καθεστηκός (1, 98, 4; 7, 67, 2).

Semel pluralem numerum adhibuit noster (48, 33, 4): ἡμέρα ἐμβόλιμος π. τὰ καθεστηκότα ἐνεβλήθη (dies una intercalata est praeter consuetudinem).

π. τὸ καθῆκον 78, 21, 5 (praeter fas) quae locutio apud Polybium invenitur (30, 7, 8).

fr. 36, 14: τῷ θυμουμένῳ καὶ π. τὸ λυσιτελοῦν σφῶν χαριζόμενοι (indulgentes iracundiae suae etiam contra suum commodum).

52, 3, 2: ἐθελονταὶ ἀκράτορες ἑαυτῶν καὶ π. τὸ λυσιτελοῦν γίγνονται (non inviti impotentes fiunt mentis praeter commodum).

π. τὸ νενομισμένον (praeter instituta): 36, 25, 3; 37, 40, 2 (vid. pag. 143); 46, 29, 2 (cf. pag. 143); 56, 17, 2 (pag. 143); 62, 23, 4;

π. τὰ νενομισμένα (contra leges institutaque) 37, 27, 3; 46, 20, 3; 77, 16, 4;

π, τὸ νομιζόμενον (contra morem et institutum) 37, 6, 2 (quo loco additur αὐτοῖς, quod vocabulum prorsus supervacaneum videtur, quia perspicuum non est qui sint intellegendi hoc vocabulo; sequitur ex omni narratione ut Romani indicentur, quamquam subiectum sententiae Pompeius est; deinde aliis locis quibus locutio π. τὸ νομιζόμενον ceteraeque quas laudavimus locutiones formatae a verbo νομίζειν occurrunt semper absolute usurpatae inveniuntur; iure itaque vir clarissimus Boissevain in calce paginae editionis suae rogat: nonne αὐτὸς?) 55, 5, 1; 58, 23, 6.

π. τὰ νομιζόμενα 54, 10, 4 (cf. pag. 143);

45, 9, 3: π. τὰ νενομοθετημένα πρὸς τοῦ Καίσαρος (pag. 143);

59, 13, 5: π. τὰ προηγγελμένα (cf. pag. 146);

π. τὸ προσῆκον fr. 84, 1 (pag. 143); 46, 13, 2 (contra quod decet); 52, 12, 6; 55, 7, 3; (cf. Plato Phileb. p. 30 D; Dem. 11, 11; Isocr. epist. 9, 12).

π. πεπρωμένην (contra fatum) 77, 16, 8 (Petr. Patr.).

π. τὰ συγκείμενα (praeter pactum) 37, 5, 5; 48, 45, 7; 50, 9, 6;

π. τὸ συμφέρον (contra suum commodum, suo proprio detrimento) fr. 20, 4; fr. 54, 7 (addito σφίσιν). idem 44, 31, 3; (cf. Isocr. 4, 53; Polyb. 28, 6, 6).

57, 10, 5: π. τὸ τεταγμένον (cf. pag. 143);

41, 46, 4: π. τὰ φαινόμενα πίστιν τῆς σωτηρίας ἐχέγγυον ποιεῖσθαι (cum qua locutione conferenda est locutio apud Xenophontem Mem. 1, 3, 4: π. τὰ σημαινόμενα).

Tertium genus harum locutionum, ubi adiectivorum accusativus coniungitur cum praepositione παρά, velut π. τὸ δίκαιον, π. τὸ βέλτιστον e. a., quae apud Xenophontem, Platonem, Herodotum, Antiphontem, Thucydidem occurrunt, Cassius Dio non videtur usurpasse. Quod enim attinet ad fr. 57, 7, ubi legimus: ἀλλά, καὶ γὰρ φιλοῦσιν οἱ πολλοὶ τοῖς τοιούτοις π. τὸ κρεῖττον ἐλπίζοντες πιστεῦσαι, vix aliquid certi constitui potest in incertissima codicum lectione; vir cl. Boissevain etiam adnotavit in calce paginae: „an π. τὸ εἰκὸς ἐλπίζοντες? vel παρὰ corruptum?" Itaque de hoc loco non dicam. Ceteros autem scriptores superat Dio usu locutionum quibus substantivorum sive participiorum accusativi additi sunt.

Reliquum est ut eos locos indicemus, ubi locutio π. ταῦτα invenitur, significatione de qua diximus praedita; sunt nempe:

56, 27, 3: τιμωρηθήσεσθαι καὶ αὐτοὺς ἐκείνους καὶ τοὺς ἄλλους τούς τι π. ταῦτα συμπράξαντάς σφισιν ἐπαπειλήσας (poenam minatus ipsis sc. exsulibus et iis qui contra has leges in ulla re ipsis auxilio fuissent); in praecedentibus enim paragraphis

sermo est de edictis Augusti in exsules constitutis; quae edicta nostra § intellegenda sunt vocabula *ταῦτα*.

52, 37, 10: *ῥᾳδίως σοι πάντες .... πειθαρχήσουσιν, ἂν μηδὲν π. ταῦτα μηδέποτε συγχωρήσῃς τινί·* (facile omnes tibi parebunt, cum nemini umquam contra haec quidquam concesseris); *ταῦτα* intellegenda sunt res quae praecedentibus verbis indicantur.

63, 23, 1: (Zonarae verba): *ὥρκωσε πάντα ὑπὲρ τῆς βουλῆς καὶ τοῦ δήμου τῶν Ῥωμαίων ποιήσειν, καὶ ἑαυτόν, ἄν τι π. ταῦτα πράξῃ, φονεύσειν* (si quid contra haec verba sive contra hoc iusiurandum fecisset), quo loco verba *π. ταῦτα* eodem sensu atque priore loco dicta sunt. Xenophon locutionem *π. ταῦτα ποιεῖν* adhibuit (Hell. 6, 3, 18; Cyr. 1, 6, 33; Conviv. 8, 17).

CONSPECTUS.

Restat ut breviter exponamus, quantum ab Atticis scriptoribus declinaverit Cassius Dio, quod attinet ad usum praepositionis παρά.

I. De praepositione παρὰ cum dativo coniuncta haec habemus digna quae animadvertantur:

§ 1. Cum rebus inanimis coniunctam praepositionem παρὰ raro adhibitam esse constat; Cassio Dio autem non saepe quidem, sed frequentius quam Attici antiquiores rebus inanimis (quibus saepius personarum notionem inesse ostendimus) adiunxit praepositionem παρά, qua in re eum imitatorem Herodoti se praebuisse demonstravimus. (pag. 9—13).

§ 2. In personae reive commoratione per praepositionem παρὰ cum dativo indicanda nihil novavit Dio. Bis praepositio παρὰ significat „in libris scriptoris cuiusdam" quae significatio non sine exemplo est. (pag. 13—16).

§ 3. Verba loquendi, forensia, quibus praepositio παρὰ addita est, ut indicetur, coram quibus vel quorum arbitrio, iudicio quid fiat, nihil habent quod a vulgari usu abhorreat.

Paulatim tamen hanc praepositionis notionem accedere ad eam significationem quae inest praepositioni ὑπὸ cum genitivo iunctae, demonstrare conati sumus pag. 18, exemplis adhibitis

in quibus praepositio deinceps significat: in coetu quorundam, arbitrio sive iudicio cuiusdam, tandem fere idem atque ὑπό (pag. 16—19) — vide quoque infra § 5 —.

§ 4. Saepius Cassius Dio praepositionem παρὰ adhibuit ad indicandas personas, apud quas quis habet gratiam vel auctoritatem. (pag. 19).

§ 5. In verbis passivis praepositio παρὰ a Cassio Dione hic illic usurpata est quia σεμνότερον sonat quam ὑπό; concilium vero iudicum sive coetum sibi proponit auctor, coram quo vel quorum iudicio actio fit verbo expressa. Sed paucis exemplis hic usus illustrari potest ex Dione; illum vero recentiorum usum quem Polybius adhibuit, dativum et genitivum cum praepositione παρὰ coniunctum promiscue fere usurpans in verbis passivis, Cassius omnino non secutus esse videtur. (pag. 19—24).

§ 6. In substantivis et pronominibus nullo verbo addito cum praepositione παρὰ coniunctis, nihil ab antiquioribus differt Dio. (pag. 24—27).

II. In g e n i t i v o Cassius Dio saepius recentiorum scriptorum usum secutus esse videtur.

§ 1. Saepissime (vicies sexies) res inanimas praepositioni παρὰ adiunxit, id quod recentiorum sermoni proprium est. Apud Herodotum semel tantum hic usus occurrit, Thucydides bis adhibuit; nonnullis sane Dioneis exemplis rei inanimae inest notio quaedam personae, sed saepius fere vel prorsus evanuisse videtur personae fictio. (pag. 27—36).

§ 2. Quod attinet ad usum praepositionis παρὰ cum verbis coniunctae, hic non multum Cassius distat ab antiquioribus. Saepissime verba veniendi et accipiendi apud Cassium quoque παρὰ cum genitivo adsciscunt.

Verbo quod est λαμβάνειν saepius infinitivum obiecti loco additum esse pagg. 47 sq. demonstravimus. De verbo διαδέχεσθαι minus usitata ratione adhibito, nempe de turribus quae φωνὴν παρ' ἀλλήλων διαδέχονται, pag. 52 diximus. Quod Cas-

sius Dio verbum ἐπαυρίσκεσθαι cum praepositione παρὰ coniunxit, quem usum alii scriptores non noverunt, quodque ἀπέχειν eodem modo adhibuit, cuius usus nonnulla apud alios exstant exempla, nil est cur miremur.

Verbum πράττειν eiusque composita ἐκπράττειν et ἐσπράττειν, exigendi significatione praedita, Dio saepius usurpavit praepositione παρὰ addita, nec tamen cum duobus accusativis, quae structura vulgaris est, coniunxit. Verbi ἐργολαβεῖν (conducendi, redimendi notione praediti) duo habemus exempla quae a vulgato usu abhorrent, de quibus vid. pag. 68.

Verba λύεσθαι et ῥύεσθαι, quae vulgo sive cum praepositione ἐκ occurrunt sive merum genitivum adsciscunt, Cassius adhibuit adposita praepositione παρά.

In verbo αἰτεῖν eiusque compositis, cum Attici scriptores duplicem adhibuerunt structuram, αἰτεῖν τινά τι et αἰτεῖν τι παρά τινος varie dicentes, priorem usum raro adhibuit Dio, saepissime autem alterum. Atticos secutus, medio generi verbi αἰτεῖν semper Dio addidit praepositionem παρά. Singulare est quod dixit Cassius Φρουρὰν αἰτεῖσθαι παρὰ Ῥωμαίοις (fr. 40, 7), de qua locutione diximus pag. 23. Verbum ἀπαιτεῖν Attici fere semper cum duobus accusativis coniunxerunt, rarissime praepositionem παρὰ adhibuerunt, exquisite Aeschylus ἐκ usurpavit; apud Dionem tamen duplex accusativus semel tantum occurrit, praepositio παρὰ autem saepius invenitur.

De verbis ἐξαιτεῖν, παραιτεῖσθαι, προσαιτεῖν, quae semel bisve apud Cassium cum praepositione παρὰ coniuncta occurrunt, idem fere valet, nempe rarissime cum praepositione παρὰ iuncta apud antiquiores usurpata sunt. Quod attinet ad alia verba sumendi nil est quod animadvertamus.

Verba habendi quoque vulgari ratione a Dione adhibita sunt, siquidem excipimus locutionem 50, 17, 6: εὐτύχησα, ἔπταισα. παρ' ὧν τὸ μήτ' ἀπογιγνώσκειν τι μήθ' ὑπερφρονεῖν ἔχω, de quo loco vide pag. 82.

Verba audiendi et cognoscendi usitata ratione Cassius usur-

pavit, πυνθάνεσθαι vero cognoscendi notione instructum de industria vitasse videtur, pro quo verbo usus est verbis quae sunt ἀκούειν et μανθάνειν.

Verba quoque γίγνεσθαι, εἶναι et ὑπάρχειν cum praepositione παρὰ coniuncta itidem ut apud antiquiores apud Cassium inveniuntur. (pag. 36—92).

§ 3. In praepositione παρὰ cum genitivo in verbis passivis adhibita novitatem quandam attulit Dio. Praeter verba dandi, mittendi, loquendi quae Attici quoque scriptores cum praepositione παρὰ coniunxerunt ad indicandum auctorem actionis verbo expressae, alia Cassius verba ita adhibuit, neque Thucydidem imitatus qui nunquam neque Herodotum qui raro ita praepositionem παρὰ adhibuit, sed recentiores, e quibus Polybius imprimis est memorandus.

Cum praepositione παρὰ coniunxit Dio passiva: γιγνώσκεσθαι, προδηλοῦσθαι, προδείκνυσθαι, προπαρασκευάζεσθαι, διαβάλλεσθαι, σκώπτεσθαι, τιμᾶσθαι, καλεῖσθαι, ἐπαινεῖσθαι, ἀξιοῦσθαι, ψηφίζεσθαι, προστάττεσθαι, ἐπιτρέπεσθαι, καταδικάζεσθαι, κρίνεσθαι, αἱρεῖσθαι, ποιεῖσθαι (adoptari), βοηθεῖσθαι, προπάσχειν, αἰτεῖσθαι, ἡττᾶσθαι, πράττεσθαι, ἐκτελεῖσθαι, ὑποδέχεσθαι, συνάγεσθαι (cf. Ioseph. B. I. 3, 68; Antt. 30), ἐπάγεσθαι, βεβαιοῦσθαι. Denique memorandum est fr. 85, 2, ubi singularis usus occurrit praepositionis παρὰ verbo ῥυθμίζεσθαι καὶ μετριάζειν adpositae. Quod ad auctores attinet actionis verbis expressae, plerumque personae, nonnunquam conventus sunt, a quibus quid fit, rarissime autem res inanimae ita occurrunt. (pag. 92—106).

§ 4. Praepositio παρὰ cum genitivo substantivis addita a Dione saepissime adhibetur; ubique fere hac in re Atticos sequitur scriptores, praesertim in substantivis quae cum verbis veniendi, mittendi cohaerent, dein in eiusmodi substantivis ut εὔνοια, τιμή, χάρις, φόβος, ἔλεος, qui affectus ab altera persona in alteram proficisci quodammodo finguntur.

Singularem recentiorum usum servavit Cassius in substantivis qualia sunt ἀσφάλεια, φρουρά, φυλακή, σπουδή, συντέλεια,

ἀφορμή, ἐξουσία, ἰσχύς, ubi participium γενόμενος vel δοθεὶς mente supplendum est. Ulterius etiam progressus est Dio in locutionibus eiusmodi: τὰ παρὰ τῶν νόμων ἆθλα, τὴν παρὰ ἐμοῦ κηδεμονίαν, προστατείαν, τὴν σιωπὴν παρ' ἀμφοτέρων, τῇ παρὰ τῆς τύχης ῥοπῇ, ubi praepositio παρὰ fere vel prorsus supervacanea facta est. (pag. 106—115).

§ 5. Locutio τὰ παρά τινος, quae apud antiquiores saepius invenitur, a Dione semel tantum adhibita est (73, 17, 4), nec unquam locutionem οἱ παρά τινος, quae apud Polybium saepissime occurrit, Cassius admisit. (pag. 115—116).

§ 6. Bis usurpavit Dio locutionem αὐτὸς παρ' ἑαυτοῦ quorum utroque loco verbum λαμβάνειν ampliandi et explicandi gratia additum invenitur. (pag. 116).

§ 7. Singulari notione adhibitum est παρ' ἀμφοτέρων (48, 9, 4; 47, 37, 5; 49, 10, 1; 46, 38, 7) quod Dio — Diodorum Siculum ut videtur secutus — absolute usurpavit sensu „utrimque". (pag. 117—119).

III. De accusativo praepositioni παρὰ addito haec sunt quae observavimus:

§ 1. Cum accusativo coniuncta praepositio παρὰ ad indicandam personam (nonnunquam rem) quo actio movendi se dirigit, saepissime occurrit apud Herodotum et Thucydidem, multo autem rarius apud recentiores scriptores; Cassius Dio quater quinquiesve ita adhibuit praepositionem. (pag. 120—122).

§ 2. In significationibus „iuxta" et „praeter" fere secutus est Dio antiquiores scriptores, sed memorandus est locus 48, 50, 3, ubi locutio παρ' αὐτὴν τὴν ἤπειρον singularem in modum adhibita est (significat enim, non iuxta continentem, sed per totam continentis latitudinem), de quo loco pag. 123 diximus. Praeterea dignus est qui memoretur locus 48, 19, 1, ubi de una sola urbe, non de regione sermo est, secundum quam proelium fit navale. (pag. 122—127).

§ 3. Temporalis significatio, ut apud recentiores ita apud Cassium saepissime (tricies fere) occurrit, nunquam apud Thu-

cydidem, raro apud Herodotum. Significatione „statim post" praedita praepositio παρὰ semel apud Dionem occurrit, quem usum a Demosthene mutuatus esse videtur. Locutio παρὰ πόδας quam Polybius saepe adhibuit, apud Cassium semel tantum legitur. (pag. 127—133).

§ 4. Alternationem paulo diversam ab antiquiorum usu Dio — recentiores secutus scriptores — per praepositionem παρὰ cum accusativo significavit. Iteravit enim Cassius substantivum, antiquiores vero semel adhibuerunt nomen quod spectat praepositio. Singularia quae in hac re observanda sunt, indicavi pag. 133—135.

§ 5. Notionem causalem Dio bis praepositioni παρὰ cum accusativo tribuit, imitatus recentiores, nam apud antiquiores fere ignota fuisse videtur cum substantivis quidem coniuncta; locutiones sane παρὰ τοῦτο et παρὰ ταῦτα tam apud antiquiores, licet rarius, quam apud recentiores, sed multo frequentius occurrunt. Cassius quoque saepius causalem locutionem παρὰ τοῦτο adhibuit, e quibus locis imprimis memorandus est locus 38, 24, 2 quo Thucydidem imitatum esse Dionem diximus pag. 138 sq. (pag. 135—140).

§ 6. Comparandi notione verbo comparandi addito, forte fortuna semel tantum apud Dionem παρὰ invenitur idque ex correctione Bekkeriana (50, 22, 2); nullo verbo adiuncto saepius occurrit, cuius usus apud antiquiores pauca exstant exempla. Plerumque hac significatione ornatae praepositioni παρὰ additur comparativus (cf. pag. 143), raro superlativus (pag. 144), nonnunquam vocabulum notione comparativa praeditum. Locutio παρὰ δύναμιν quae apud Thucydidem quater occurrit, quater quoque apud Dionem legitur; semel tantum παρὰ τὴν ἰσχὺν quarum utraque locutio „supra quam vires sinunt" significat. Vocabula ἄλλος, ἕτερος, διάφορος addita saepe apud Platonem, interdum a Dione adiuncta inveniuntur. (pag. 140—148).

§ 7. Praepositionis παρὰ verbis aestimandi adiunctis apud antiquiores pauca exstant exempla, permulta vero apud Cassium:

παρ' οὐδὲν ἄγειν quater occurrit: παρ' οὐδὲν τίθεσθαι sexies; παρ' οὐδὲν ποιεῖσθαι ter; semel occurrunt singulae locutiones παρὰ σμικρὸν ποιεῖσθαι, παρ' ὀλίγον ποιεῖσθαι, παρὰ μικρὸν νομίζεσθαι, παρὰ μικρὸν τίθεσθαι, παρὰ βραχὺ τίθεσθαι, παρ' ἐλάχιστον ἄγειν.

De locutione παρὰ πάντα, sensu contrario dictioni παρ' οὐδὲν ornata, vide pag. 150. Locutionem παρὰ πολὺ praecedente comparativo vel superlativo, apud Thucydidem sexies usurpatam, apud Polybium frequentissime, Dio bis terve adhibuit. Thucydidem imitatus locutionem παρὰ πολὺ ποιεῖν ἔς τινα, licet paulo aliter adhibitam, Cassius semel usurpavit, de qua re cf. pag. 152.

Quinquies sexiesve in Cassii libris παρὰ μικρόν, παρ' ὀλίγον significat „propemodum", quae locutiones fere adverbii instar esse videntur. Addito verbo comparativo apud recentiores scriptores locutiones illae indicant Latinum ablativum qui dicitur mensurae. Nonnunquam apud antiquiores significatur illis locutionibus, non multum abfuisse quin fieret id quod verbo exprimeretur, ita ut vertatur „vix". Hac significatione distinctam praepositionem παρὰ nusquam adhibuit Dio. Semel tantum Cassius locutionem παρὰ τοσοῦτον ἦλθε addito infinitivo usurpavit, Thucydides vero cum genitivo substantivi coniunctam bis ita habet. Bis apud Dionem occurrit locutio παρ' ὀλίγον ἦλθε sequente infinitivo, quam apud antiquiores rarius, apud recentiores vero saepius inveniri ostendimus pagg. 155 sq. Genitivus articuli in hisce locutionibus adiunctus infinitivo, quemadmodum apud Polybium et Diodorum occurrit, apud Cassium frustra quaeritur. (pag. 148—156).

§ 8. Significatio „contra", ex significatione „praeter" orta, quae tam apud antiquiores quam apud recentiores scriptores saepissime occurrit, apud Dionem quoque frequentissime invenitur; cum substantivis coniuncta praepositio παρὰ hac significatione praedita octogies fere occurrit, cum participiis coniuncta quinquagies fere, cum pronomine ταῦτα ter; cum adiectivis coniuncta — id quod casui tribuerim — apud

Cassium non invenitur. Seorsum laudo locutiones: *παρὰ γνώμην* (ter et decies), *παρὰ τὴν γνώμην τινός* (novies), *παρὰ δόξαν* (decies septies), *παρὰ τὸ καθεστηκός* (decies quater), *παρὰ τὰ καθεστηκότα* (bis), *παρὰ τὸ νενομισμένον* (quinquies), *παρὰ τὰ νενομισμένα* (ter), *παρὰ τὸ νομιζόμενον* (ter), *παρὰ τὰ νομιζόμενα* (semel). (pag. 156—162).

THESES.

I.

Sophoclis O. C. 313 sq.:

. . . . κρατὶ δ' ἡ λ ι ο σ τ ε ρ ὴ ς
κυνῆ πρόσωπα Θεσσαλίς νιν ἀμπέχει.

Suspectum adiectivum ἡλιοστερὴς varie emendarunt editores. ἡλιοσκεπὴς Nauck, ἡλιοστεγὴς Coraës, ἡ λ ι ο σ τ ε ρ ῆ Kuiper. Extrema correctio recipienda est.

II.

Sophoclis O. C. 320 sq.:

. . . . σημαίνει δ' ὅτι
μόνης τόδ' ἐστὶ δῆλον Ἰσμήνης κάρα.

Cum Herwerdeno legendum est:

μόνης τόδ' ἔστ' ἀδελφὸν Ἰσμήνης κάρα.

III.

Sophoclis O. C. 371 sq.:

νῦν δ' ἐκ θεῶν του κ ἀ ξ α λ ι τ η ρ ο ῦ φρενὸς
εἰσῆλθε τοῖν τρισαθλίοιν ἔρις κακὴ.

Cum Toupio legendum est: κ ἀ λ ι τ η ρ ί ο υ.

IV.

Euripidis Hipp. versus 183:

ταχὺ γὰρ σφάλλῃ κοὐδενὶ χαίρεις

immerito in suspicionem vocatur ab Usenero qui ταχὺ δ' ἀσχάλλεις proposuit probante Wecklino.

V.

Thucyd. 6, 36, 2: οἱ γὰρ δεδιότες ἰδίᾳ τι βούλονται τὴν πόλιν ἐς ἔκπληξιν καθιστάναι, ὅπως τῷ κοινῷ φόβῳ τὸ σφέτερον ἐπηλυγάζωνται.

Iniuria Steupius Classenium codicum τὸ in τὸν mutantem secutus non est.

VI.

Thucyd. 8, 29, 2:

Pro codicum lectione τρία recte cum Madvigio legitur τριάκοντα.

VII.

Demosth. adv. Con. § 20 Parisini codicis lectio est:

ἰθύφαλλοί τινές ἐσμεν συνειλεγμένοι,

Marcianus F. συνηγμένοι habet.
Praeferenda est lectio Marciani.

VIII.

Recte M. Bang (Hermes XLI. 4, 1906) censet verba Cassii

Dionis (77, 13, 4 et 5: *οἱ μὲν γὰρ ἠγνόουν — συνέλαβεν*) post *ἀπέκτεινε* (77, 22, 2) transponenda esse.

IX.

Lucr. de rer. nat. III. 359 sqq.:

Dicere porro oculos nullam rem cernere posse,
sed per eos animum ut foribus spectare reclusis,
difficilest, contra cum sensus dicat eorum;
sensus enim trahit atque acies detrudit ad ipsas

*

fulgida praesertim cum cernere saepe nequimus,
lumina luminibus quia nobis praepediuntur.

Lacunae signum, a Briegero positum post vs. 362 tollendum est et recipienda interpretatio proposita a Jacobo v. d. Valk (de Lucretiano carmine etc. p. 93) qui oculos verbi trahendi obiectum esse demonstravit.

X.

Cic. de nat. deor. I. 36, 100 (ed. Müller): Qui etiamsi aberrant coniectura, video tamen, quid sequantur.

Codicum lectio „aberrant *a* coniectura" servanda est.

XI.

Verg. Aen. VII. 543:

deserit Hesperiam et caeli convexa per auras
Iunonem victrix adfatur voce superba.

Legendum est cum Cantero: caeli convexa peragrans.

XII.

Verg. Aen. VII. 577:

> Turnus adest medioque in crimine caedis et igni
> terrorem ingeminat.

Nulla medela eget vox „igni".

XIII.

Non faciendum est cum viro clarissimo Hartman qui (Mnemos. 32, pag. 417 sqq.) Ovidii Metam. XIII. 382 verba „Mota manus procerum est" ita explicat: „reges, iudices, manus moverunt vel *πρὸς τὴν χειροτονίαν* vel ut tabellas sumerent et in urnam coniicerent".

XIV.

Thucydides opinioni falsae fidem habuit cum narraret (8, 92, 2) Phrynichum percussum esse *ὑπ' ἀνδρὸς τῶν περιπόλων τινός*.

XV.

Faciendum non est cum viro cl. Jul. Beloch (Rhein. Mus. 39, p. 239 sqq.) existimante *τὴν διωβελίαν* (Arist. AP. 28, 3) fuisse pensionem ex pecuniis Minervae sacris qua expleretur stipendium iudicibus solvendum (*ὁ δικαστικὸς μισθός*).

XVI.

Quod de centuriarum discriptione tradidit Cicero de rep. 2, 22, 39 sq. (quod servatum nobis est in palimpsesto per correctionem manus secundae), pertinet ad ipsius aetatem, non ad tempus quod fuit ante annum 241.

XVII.

Veri simile est Empedoclem exemplo Pythagoreorum numerum quaternarium laudibus efferentium inductum esse ut elementa numero quatuor statueret.

XVIII.

Ex marmore Romae servato quod nominatur Torso Valentini, Perseus Pythagorae Rhegini opus cognoscitur.

Gd. 22.75
De praepositionis Napa significati
Widener Library 006247400
3 2044 085 110 377